

:— M:
A: :P:

J.-W. Lelièvre

ADRIANI RELANDI
DE
RELIGIONE
MOHAMMEDICA
LIBRI DUO.

Quorum prior exhibet

COMPENDIUM THEOLOGIAE
MOHAMMEDICAE,

ex Codice Manuſcripto Arabice editum, Latine verſum, & Notis illuſtratum.

Poſterior

examinat nonnulla, quae falſo Mohammedanis tribuuntur.



ULTRAJECTI,

Ex Officina GULIELMI BROEDELET,
CIↃ IↃ CC V.

CONSULTISSIMO VIRO

PETRO RELANDO

JURIS UTRIUSQUE DOCTORI ET CAUSARUM APUD AMSTELODAMENSES PATRONO, FRATRI UNICO,

S. D.

ADRIANUS.

SAepe numero inter nos ſermo fuit, Frater Cariſſime, de Religione Mohammedica, ejusque diffuſione per tam vaſta terrarum ſpatia, ut vix ulla cum ea comparari poſſet. Nec immerito res admiranda videbatur, magnam partem generis humani fidem adhibere commentis tam inſulſis, qualia Sacra Moham-

medica vulgo deſcribuntur. Scilicet, exortus dicitur homo fanaticus, qui, nullo ingenio praeditus, revelationes Divinas ſine ullo teſte jactabat, dum epilepſia verius affligebatur; columbam aſſuefecerat cibum ex auribus ſuis petere, quam pro Spiritu Sancto haberi voluit; Deum docebat eſſe corporeum, & qui humana non curaret, omnisque mali auctor eſſet; Venerem adorandam praecipiebat, infernum negabat, & quae plura falſo de illo narrari ſolent. Tot homines amplecti potuiſſe tam abſurdam religionem, quomodo concipi poterat, niſi eos fungos omnes aeſtimaremus? At hoc credi vetant Scriptorum Mohammedanorum monumenta, quae indi-

indicant, illos animi & ingenii dotibus alias gentes, ſi non ſuperaſſe (uti ſaeculo decimo, & aliquot proximis, quibus artes & ſcientiae apud Chriſtianos fere ſepultae jacebant) ſaltem aequaſſe. Reſtabat ergo diſpiciendum, num revera illa crederent traderentque Mohammedani, quae plerique Chriſtiani iis attribuerunt. Quae cum ad examen revocarem, non omnia, ſed ſpeciminis gratia tantum nonnulla, plane aliam faciem religionis Mohammedicae deprehendi, & ex ipſis Arabibus eam exponere duxi operae pretium. Quare quum Tibi non ingratam fore hujus libelli lectionem certo mihi perſuadeam, qui & Juſtitiam colis, quae unicuique ſuum tri-

 buit,

buit, nec aliis adſcribi patitur per mendacium, quod ipſi pro ſuo non agnoſcunt, & bonas literas inter Fori jurgia non negligis, Tibi illum praecipue inſcribendum putavi. Dabam Trajecti ad Rhenum, Kalendis Juniis, CIƆ IƆ CC V.

PRAE-



PRAEFATIO.

I. *Plerarumque religionum, quae in orbe terrarum olim viguerunt aut vigent hodieque, idem fatum fuit, ut ab adverſariis ſuis non ſatis bene intellectae, aut calumnioſe contra fas & aequum fuerint traductae. Populus Judaïcus, licet ſanctiſſima, quippe ab ipſo Sanctitatis fonte, Deo ter Optimo Maximo, profecta, habuerit inſtituta, & convenientiſſimo modo Numen ſuum colere edoctus ſit, effugere tamen dentes hominum malevolorum non potuit, qui multa de illo commenti ſunt, quae a veritate longiſſime recedunt. Tacitus ipſe* Hiſtor. lib. v. cap. 3. *cui occaſio non deerat Judaeos de rebus ſuis conſulendi, illos, quos rectius Idaeos ab Ida monte appellari exiſtimabat, orta tabe pulſos AEgypto ſcribit, & effigiem aſini, quo monſtrante errorem ſitim-*

timque depulerant, penetrali ſacraviſſe. Plutarchus ſuem apud eos in honore eſſe, ut ſationis & arationis magiſtram, tradit Sympoſ. lib. IV. *& feſtum Tabernaculorum in honorem Bacchi celebrari, quin ipſum diem Sabbathi eidem Numini ſacrum eſſe. Quid? quod plura talia, quae intelligere poterant nil injuſti continere, uti Sabbathi obſervationem, maligne interpretentur, & rideant? Teſtis ſit vel unus Rutilius, qui, eo quod multi e Judaeis, uti hodieque Karaei Orientales, ignem non alerent die Sabbathi (quemadmodum praeceptum putabant* Exod. 35. 3.) *Sabbatha* frigida *appellat, & cor Judaeorum religione ſua frigidius. Mox autem de Sabbatho celebrando, quo die Deus creationem hujus Univerſi perfecerat, quam inepte jocatur, & ſententiam Judaeorum pervertit?*

Septima quaeque dies turpi damnata veterno
Tanquam laſſati mollis imago Dei.

II. *Quum vero ſeceſſionem feciſſent a*

Ju-

Judaeis Chriſtiani, quibus non calumniis conſciſſi ſunt, & quam turpi facie religio noſtra Gentibus conſpicienda dabatur? Multa, quae Judaeis ante adſcribi ſolebant, Chriſtianis utpote ſectae Judaeorum (hoc loco enim habebantur) a Gentibus, quae illos non diſtinguebant, tribuebantur. Quae Gnoſtici & alia primorum ſaeculorum portenta docebant, ab omnibus Chriſtianis dicebantur doceri. Deum Chriſtianorum Ononychiten eſſe, ſacerdotis genitalia ab iis coli, infantem farre contectum initiandis apponi, peractis ſolemnibus epulis, exſtinctisque luminibus, mares & faeminas fortuito nexu commiſceri, toti orbi & ſideribus minari eos incendium, & quae plura ſunt his ſimilia, Chriſtianis tributa eſſe, Patrum ſcripta oſtendunt: quae maximam partem ex male intellectis rationibus rituum poenitentiae, Sacrae Coenae, aliorumque originem traxerunt. Quin, ne quid inviolatum fuiſſe linguae maledicae liqueat, ipſa doctrina de colendo Uno Deo, Atheorum nomen ipſis peperit: quo reſpicit illa formula αἶρε τοὺς ἀθέους: &, ut verbis Tertulliani in Apologetico omnia

Lutheri nomen (לולתר *Lulter charactere Hebraeo*) *numerum Antichristi* 666 Apoc. 13. *exprimere, quae ingeniosa scilicet Genebrardi observatio est. Addit idem in* Chronol. pag. 107. *Lutherum Mahometis regnum in has terras inducturum & ministros ejus sectatoresque certatim ad Mahometismum deficere. Non id novum est, nos sive Lutheranos, quos vulgo confundunt, pro Mohammedanis haberi, quia iis persuasum est nos ab idolorum cultu alienos esse & omnia a Deo infallibiliter decreta dicere.*

IV. *Et verear, ne ipse hic labor meus in indaganda Religione Mohammedica, & ea exhibenda uti revera existit, occasionem daturus sit adversariis nostris, eandem calumniam majori fiducia propagandi. Nec tamen patior me tam vano metu ab incoepto deterreri. Veritas ubicunque est indagari debet; & laudabile studium mihi videtur mendaciis obicem ponere, & religionem longe lateque diffusam unicuique qui volet conspiciendam exhibere, non fucatam, non obtectam maledicentiae vel errorum nebulis, sed ita*

uti

uti docetur in Templis & Scholis Mohammedicis, ut certis ictibus eam impetere &, si non animo ipsorum Turcarum, nostro saltem vanitatem ejus persuadere possimus. Nec si siluissem, minor illa futura fuisset calumnia, quam facile est reflectere in adversarios. Dogmata Ecclesiae Romanae de purgatorio, intercessione Angelorum, visitatione sepulcrorum, peregrinatione religiosa ad haec & illa Templa, discrimine ciborum, statis jejuniis, & meritis operum, an non majorem habent convenientiam cum placitis Mohammedanorum, quam nostra? Et num ideo mala sunt, quia Mohammedica sunt? Ergo quae illi veritati conformia scribunt de attributis Dei, neganda erunt a nobis. Quis id sanus dixerit?

V. *Non possum quin heic inseram lepidum Parallelismum, quem Don Martinus Alphonsus Vivaldus in Notis ad Petri de la Cevalleria* Zelum Christi contra Judaeos & Sarracenos, *instituit inter Lutheranos (hoc nomine etiam nos complectitur) & Mohammedanos: ubi tamen pleraque falsa esse nostri sciunt.*

 Primo

Primo enim Mahumetus affirmabat se solum habere Euangelium, & quae rejicienda, quaeve recipienda sint, ex utroque testamento. Sic impius Lutherus dixit Germaniam ante se nunquam habuisse Euangelium. Secundo. Septuaginta sectas habet Mahumetus. Sic tot sunt Euangelicorum. Tertio. Voluit Mahumetus, tantum secundum ejus scripta judicandum: Sic haeretici. Quarto: quadragesimam unius Lunae, quae quovis anni tempore obveniret, cursu transmutat. Lutherani vero, non solum transmutarunt, sed omnia jejunia abhorrent. Quinto: diem festum Dominicae, in Veneris diem commutavit. Lutherani dies festos non venerantur. Sexto: sacras delevit imagines. Lutherani subverterunt, & violarunt. Septimo: deridet cultum omnium Sanctorum, quod etiam Lutherani sequuntur. Octavo: Baptismum non recipit, Calvinus non necessarium affirmat. Nono: non circuncidunt nisi habentes usum rationis; Adrianus Namstodius, anno 17. & 18.

baptizatus. Decimo: recipit divortium; Oecolampadius, priore uxore relicta, alteram cognoſcit. Undecimo: plures uxores, imo quot alere poſſunt, accipiunt. Bucerus, & Olemdorpius idem affirmant. Duodecimo: Mahumetani negant alteri prodeſſe bona opera, Lutherani noſtra dicunt eſſe peccata. Decimotertio: Mahumetus tollit liberum arbitrium; quod & docent Lutherani.

VI. *At, o bone, putaſti forſan optime Te res tuas egiſſe quod tot capita collegeris, in quibus opinaris nos convenire cum Mohammedanis. Verum ipſe tuas artes prodis, quum mox eadem ratione Conſenſum Mohammedanorum cum Eccleſia Veſtra Romana dederis: atque ita vos aeque ac nos dicendi ſitis cum Mohammedanis ſentire. Ipſa tua verba proferam ne quid addidiſſe de meo videar, eoque magis quod liber tuus raro inveniatur: quod ſi plane non inveniretur, magnum inde damnum rei literariae meo judicio non accederet.* Multa, *dicis*, alia ſunt, in quibus nobiſcum Chriſtianis

con-

concordant. Primo, quod Maumetiſtae non ſunt idololatrae, ſed Deum adorant. Et licet non credant Jeſum filium eſſe Dei; credunt tamen eſſe Prophetam magnum, & ultimum Hebraeorum Prophetarum; & flatu Dei, vel Spiritu fuiſſe conceptum: & de Virgine, ſine virili ſemine, natum. Credunt etiam Jeſum habuiſſe poteſtatem a Deo mirabilia faciendi, ſanandique omnem languorem, & infirmitatem, ejiciendique Daemones, ſuſcitandi mortuos, & alia de eo per Euangeliſtas enarrata. Item credunt, quod Jeſus, quem nominant Neich, ſcivit, & ſciat omnia ſecreta cordium, & omnes libros, & omnem ſapientiam Moyſis, & praedicationem, & quicquid homines in eorum domibus agerent, & quid in eorum theſauris reponerent: & quod Jeſus contempſit divitias, & abjecit carnales concupiſcentias, nec habuit delectationes, quae ſunt cauſa peccandi. Item, habent ab ipſo Mahumeto, de Maria, quod Angelus Gabriël dixit ei: O Maria,

ria, Deus te elegit, & decoravit te gratia, & ornavit, & praeelegit ſupra omnes mulieres omnium filiorum matres, & poſuit te quaſi mediam inter homines, & Angelos Dei in Paradiſo delitiarum. Credunt etiam quod nullus eſt, quem Sathan non tetigerit, praeter Neich, id eſt, Jeſum, & Mariam (O mirabile de puriſſimae Virginis conceptione teſtimonium!) Cantant etiam Mahumetiſtae Pſalmos David, ſicut nos Chriſtiani. Accedat, quod viſitantes ſepulchrum Mahumeticum, non exiſtimantur omnino purificati, niſi ſepulchrum Mariae Virginis immaculatiſſimae, ſimul viſitent. Et, ſi quis Judaeus fieri vult Mahumetiſta, cogitur prius credere Chriſto: Cui talis fit interrogatio: crediſne Chriſtum fuiſſe flatu Dei ex Virgine natum, & ultimum Prophetam Hebraeorum? Quo conceſſo, fit Mahumetanus.

VII. *Quae cum ita ſe habeant, & hiſtoriae Veterum, & recentiorum ſaeculorum doceant, plerasque religiones ab ad-*

verſariis ſuis aut non bene perceptas, aut injuſtis calumniis eſſe oneratas, quis miretur etiam hanc ſortem fuiſſe religionis Mohammedicae? Maxime ſi ad linguae Arabicae peritiam, qua inſtructus eſſe debet quicunque ad haec ſacra ſibi aditum parat, Graecorum & multorum quoque inter noſtros homines hac parte ignorantiam, & ipſam Mohammedanorum conſuetudinem attendamus, qui de religione ſua diſputare, aut aliis eam probare non amant. Certe ſi ulla unquam religio male explicita ab adverſariis, contemtui habita, & refutatione indigna fuit cenſita, fuit haec religio. Qui dogma aliquod foedum & turpe aptiſſimo epitheto nominare vult, Mohammedicum illud appellat, & tale quod ne Turcae quidem pro ſuo agnoſcant, quaſi in Fide Mohammedica nil ſani eſſet & inquinata omnia. Nec mirum, quum inter Diabolum & Mohammedem maxima intercedat convenientia, ut pluribus docuit Auctor Orationis 4tae contra Mohammedem p. 358. Si quis Juvenum ſtudiis Theologicis operam det, & generoſo quodam ardore intelligendi religionem Mohamme-

hammedicam inflammetur, amandatur ad legendum Hoornbeeckium in Summa Controversiarum, ubi agit de Mohammedanismo, Johannis Andreae Mauri Confusionem sectae Mahometanae, Forbesium in Instruct. Theolog. lib. IV. *Omit Turcismum Reseratum, Alcoranum a Roberto Retenensi versum, aliosque, qui in hoc argumento vehementer hallucinati sunt. Non monetur, ut linguam Arabicam discat, Mohammedem suo sermone loquentem audiat, Codices Orientales sibi comparet, & suis non alienis oculis videat. Scilicet operae pretium non est (ita multi dicunt) tot molestias devorare, ut migas & deliramenta fanatici hominis pervolvamus.* Liber Mahometis (*ait R. A. Don Martinus Alfonsus Vivaldus, auctor Candelabri Aurei Ecclesiae Sanctae Dei J. C. in Notis ad Petri de la Cavalleria Zelum Christi contra Judaeos, Sarracenos, & infideles*) fol. 137. non est legendus, sed deridendus, vilipendendus, atque, ubicunque inveniatur, comburendus, nec ad hominum memoriam, quia bestialis, reducendus.

 At

At profecto non eo usque insaniunt Mohammedani ac nos putamus. Bona mens aequaliter distributa est: & mihi semper persuasum fuit, illam religionem, quae per Asiam, Africamque, & ipsam Europam longe lateque se diffudit, majori veri specie, quae homines alliciat, commendabilem esse, nec adeo ineptam ac multi Christiani existimant. Pessima sine dubio & Christianismo exitialis pernicies ea religio est, & quam detestari omnis debeat qui Christum amet, & fidem habeat Sacro Codici. Verum licet haec ita sint, an propterea non debet in eam inquiri? nonne detegendi sunt doli & astus Satanae? Imo vero eo magis laborandum in ea penitus cognoscenda, ut tanto certius & fortius oppugnatur.

VIII. *Atqui, dicet aliquis, non multum commercii nobis est cum Mohammedanis; & ipsi de religione sua disputare nolunt: quod si disputandum sit, habemus libros Latine conscriptos contra Turcas, adeoque cui bono lingua Arabica addiscenda, & multum temporis ei rei insumendum? Fateor, nobis non esse tam*

vicinos Mohammedanos, quam Pontificios aliosque: nec volo prius doceri methodum oppugnandi Mohammedanos, quam alios adverſarios, qui quotidie nobiſcum verſantur. Aberrat toto coelo qui mentem meam ita capit & interpretatur. Verum an non & nobis multum commercii intercedit cum Mohammedanis, Conſtantinopoli, in confiniis Hungariae & Imperii Turcici, in litoribus Africae, in Syria, Perſia, & India Orientali, ubi & coloniae noſtrae & loca, quae quaeſtus faciendi gratia frequentantur, multos continent Mohammedanos? At nolunt illi diſputare de ſua religione. Fateor, non ſunt proni ad diſputationes, quia Alcorano adhaerent, & Chriſtiano ipſos oppugnaturo nil aliud reſpondere poſſunt, quam ſe id credere vel facere quia Deus in Alcorano hoc juſſit. De hac autem re quum perſuaſi ſint Mohammedani & quaecunque Corano continentur, pro Divinis mandatis habeant, diſputari cum iis non poteſt, an tale dogma, vel talis ritus bonus ſit aut conveniens (id enim probant, quia in Alcorano ſcriptum eſt) ſed tota diſpu-

tatio erit de ſola auctoritate Corani. At quum eo perventum eſt, ea deberent ex ipſo Corano hauriri, quae oſtenderent illum non eſſe librum Divinum. Sed quam pauci in illas oras proficiſcuntur, qui Arabice mediocriter ſciunt, nedum, ut dubia quaedam & falſa inde excerpere & cum fructu Mohammedanis objicere queant? Quod ſi plane diſſerere nolint Mohammedani de religione ſua, quomodo, precor, illi, qui a Pontifice Romano in Perſiam & Indiam religionis propagandae cauſa mittuntur, tot Mohammedanos ad fidem Eccleſiae Romanae perduxerunt? quae res certa & nota eſt. At, ſi quid judico, non haec ratio eſt, quae a negata cum iis diſputatione deſumitur, quominus ad noſtram religionem Mohammedani convertantur. Verior illa eſt, plurimos, qui ex noſtris eo proficiſcuntur, lucri faciendi, non animarum ſervandarum, gratia, iter inſtituere, & exiguam utilitatem ſpectare in convertendo Mohammedano. Adde quod praeſidiis ad rem tantam neceſſariis deſtituantur, quale eſt peritia Theologiae, Philoſophiae &

Lin-

Linguarum Orientalium. Si Illustres & Praepotentes nostri Ordines praemium mille florenorum destinassent unicuique qui cum Mohammedano de religione sua disputaret, eumque converteret, multos quasi agmine facto certatim ei rei operam daturos auguror. Hodie vero tantum abest, ut nostri id agant, ut vita & moribus suis in contrarium potius videantur conspirasse ad avertendos Turcarum animos a fide Christiana. Fraudes homine Christiano indignae, vita dissoluta, mores pravi, consortia turpissima, mendacia quibus ob leve lucrum saepissime aliis imponunt, proverbium dedere Turcis, quod aeterno nobis erit opprobrio, nisi novis moribus facta priora deleamus. Si quis Turca Constantinopoli Turcae aliquid affirmet, narretve, & alter regerat, Itane? An hoc fieri potest? An res se ita habet, uti dicis? statim illum respondentem cum indignatione audies, Putasne me Christianum esse? *quasi diceret, Credisne me animi vel lucri gratia mentiri? Pudeat profecto*

Haec dici potuisse & non potuisse refelli.

IX. *Illud*

IX. *Illud porro, quod asseritur, esse nobis libros* Latine *conscriptos, quibus sufficienter evertatur Mohammedanismus, satis liquebit* Lib. II. *ubi clarissimis testimoniis evincemus, plerosque illorum scriptorum non religionem Mohammedicam, sed umbras suas oppugnasse. Videas hunc magno apparatu probantem, contra Mohammedanos scilicet, Deum non esse corpus, sed Spiritum; illum, Diabolos esse non posse Dei amicos, sed ejus hostes; alios, Lotiones corporis nihil conferre posse ad munditiem animae, & plura ejusdem commatis. Haec cum operose & multa contentione ab iis disputata sunt, arbitrantur se Mohammedem egregie confutasse; quum nec Mohammed nec Mohammedani unquam istiusmodi opiniones fuerint amplexi. Quid est ignorationem elenchi committere, & non probare quod probandum est, si hoc non est? Hoc est figmenta cerebri sui ut veros hostes aggredi &* νικεῖν πολέμους οὐκ ὄντας, *uti scite de Cajo Caesare Philostratus. Nota res est ex Suetonio & aliis rerum Romanarum Scriptoribus, Cajum, quasi perpetraturus esset*

eſſet bellum, direxiſſe aciem in litore noſtri Oceani, ac balliſtis machinisque diſpoſitis, repente ut conchas legerent, galeasque & ſinus replerent, imperaſſe, ſpolia Oceani vocantem Capitolio Palatioque debita. Pari ratione videntur mihi Scriptores illi ingenii aciem non in veros hoſtes ſed fictos magno impetu dirigere, ubi de victoria certi ſunt, quum nullus eos defendat, & ſpolia inde referre apparatui ſuo convenientia, applauſumque omnium illorum, qui plus ipſis non ſapiunt, & religionis Chriſtianae veritatem contra Turcas egregie defenſam laetantur.

Non tali auxilio, nec defenſoribus
iſtis
Tempus eget.

Candide agendum eſt, ne ludibrium debeamus adverſariis.

X. *Denique quod dicant, non eſſe tantam linguae Arabicae utilitatem ut multum laboris & operae in ea addiſcenda collocari debeat, eſt* κρησφύγετον *plerumque eorum qui nihil Arabice intelli-*

gunt. Illi ſcilicet judicabunt de hujus linguae utilitate! Illi inutilem eſſe Theologis notitiam ejus ſermonis magna fiducia pronunciabunt: & ſequentur hoc monitum, probabuntque hanc ſententiam omnes qui operae parcunt & Deae Pigritiae litant. Si quis autem commendare hanc linguam ſuſtineat, ſtatim Tibi, velut Meduſae Caput, reſponſum hujus vel illius Viri, qui apud ipſos in pretio eſt, & quicum ſentiunt, oggerent. Num autem ſic ſe res habet? An itaque nulla eſt utilitas linguae Arabicae? Non dicam, ergo ſtultiſſimi fuerunt illi Viri, qui ei addiſcendae & promovendae tam ſedulam operam navarunt, Pocockius, Bochartus, Erpenius, Golius, Caſtellus, Hottingerus, & alii. Sed, an a Theologo haec vox proficiſci poteſt? unde tot loca difficilia in Jobo, in Prophetis, in aliis S. Scripturae libris lucem accipiunt, niſi ex lingua Arabica? Atqui, dices, commentaria Philarabum, qui ea explicuerunt, legimus; Verum nondum exhauſta ſunt omnia, nondum in aperta luce collocata: & an non praeſtat ſuis oculis videre

dere quam coeca fide aliis credere? Sed adeo contenti sunt homines hoc tempore alienis laboribus, ut si Candidati Ministerii sustinere linguae Hebraicae Examen non deberent, verendum esset, etiam hanc linguam neglectui dandam fore. Quid enim opus haberent ea addiscenda, si versiones accuratae sint, & a Viris doctissimis probatae? Atque ita pergimus (ignoscite, posteri!) citato gradu ad pristinam illam, quam ante saecula aliquot feliciter excussimus, barbariem. Quod Deus, precor, benigne averruncet! Plura ad hujus linguae commendationem non addam, quia a scopo meo nimis me abducerent, & ab aliis Viris eruditissimis id abunde est praestitum, quos si non audivere nostri, multo minus me audient.

XI. *Restat ut de me aliquid addam, & Lectorem rogem ne in malam partem interpretetur laborem qualemcunque meum duobus hisce libris impensum. Non fuit mihi propositum religionem Mohammedicam palliare aut fucare, nedum propugnare aut defendere. Qui hoc de me ju-*

dicium ferret, nae ille gravem mihi injuriam faceret, & a vero aberraret. Debui patrocinium causae Mohammedicae suscipere, si vera scribere vellem, in multis quae falso iis tribuuntur. Si quis illa mendacia, quae nulla auctoritate suffulta de Turcis narrantur, malit propagare, ut bardi illi & asini & insani & Diaboli, & si quid pejus, audiant, quam illa mecum rejicere, per me licet, qui quotidie magis magisque experior Mundum decipi velle, & praeconceptis opinionibus regi. At ego, quum nactus essem varia Systemata Theologiae Mohammedicae, eaque magnae auctoritatis, & a Celeberrimis Viris confecta, inter quae hoc brevissimum est, & ordine satis concinno conscriptum, quod tibi heic exhibeo, a me impetrare non potui, ut orbi illud negarem, fassus cum Nasone,

Quod veniam pro laude petam, laudatus abunde
Non fastiditus si Tibi, Lector, ero.

Si quid sit, quod Sanctissimae Fidei inter

ter nos receptae contrarietur, quod justum ſcandalum infirmis dare poſſit, indictum eſto. Si erraverim, ne malignius interpretare mentem meam, & ut Clariſſimus Poëta Perſarum Nazami in MS. lib. خسرو شيرين de amoribus Regis Cozrois & Schirin *jubet.*

اب صفت هرجه رسيدي بشوي

Inſtar aquae, omne quod attingis mundato.

Ceterum monendus es, me paſſim ex Mohammedanorum ſententia loqui, ut quum Mohammedem, Salich, Dulkephel, aliosque Prophetas voco, quumque Mohammedem non confudiſſe duas Marias, Moſis ſororem, & Chriſti matrem dico, aliaque ſimilia. De mente enim Mohammedis mihi non conſtat, niſi ex ejus Scripto. Atqui in eo non apparet Mohammedem eas confudiſſe. Saltem alicui Mohammedano, id praefracte neganti, probari non poſſe exiſtimo. Quae omnia a

me dicta & scripta sunt, ut cautius oppugnare Mohammedanos addiscamus, nec numero sed pondere argumentationum certemus. Quum enim Mohammedani vident unum caput (uti illud e. g. de Maria) in quo multum momenti ponunt nostri, quodque ab omnibus urgetur uti primarium (quemadmodum revera esset, si demonstrari posset) a nobis solide probari non posse, hinc animos capiunt, & reliqua quoque facillime se elusuros opinantur. Si tamen & in eo erraverim, & amice de errore monear seu publice seu privatim, aures praebebo, in hoc unum intentus, ut hic & alii labores mei cedant ad Triumphum Veritatis & Fidei Euangelicae, ultimumque finem Gloriam solius Dei! Scribebam Trajecti ad Rhenum, Kalend. Juniis CIↃ IↃ CC V.

Ob fugam vacui damus heic

GENEALOGIAM MOHAMMEDIS,

ex Codice Turcico MSto, uſque ad Noachum deductam.

Nam reliqua inde uſque ad Adamum poſſunt videri pag. 36. *&* ultima.

محمد
Mohammed.

عبد الله
Abdalla.

عبد المطلب
Abdolmotaleb.

هاشم
Haſchem.

عبد المناف
Abdolmenaf.

قصي
Cazi.

كلاب
Celab.

مرة
Herrat.

كعب
Caab.

لوي
Loui.

غالب
Galeb.

فهر
Faehr.

مالك
Malek.

نظر قريش
Netr Ceriſch.

كنانة قريش
Cenana Ceriſch.

خزيمة
Charima.

مدركة

مدركه
Medarkeh.
الياس
Eljas.
حضر
Hedr.
نزاد
Nezaad.
معد
Maad.
عدنان
Adnân.
ارد
Ard.
الهميسع
Alhemiſa.
يعرب
Jaareb.
نسجب
Nezjeb.
خواجه قنطار
Chouazje Centar.

اسمعيل
Iſmaël.
ابرهيم
Ibrahim.
ازر
Azer.
ناحور
Nahor.
ساروغ
Serug.
ارغو
Argou.
فالغ
Faleg.
شالح
Schalech.
ارفخشد
Arphachſchad.
سام
Sem.
نوح
Noach.

COM-

COMPENDIUM THEOLOGIAE MOHAMMEDICAE ARABICE & LATINE.

CUM NOTIS.

بسـ———م الله

الرحمن الرحيم ۞

الحمد لله الذي هدانا الى الايمان
وجعله مهرا لدخول الجنان وسترا
بيننا وبين دخول النيران والصلاة
والسلام على محمد افضل العباد
الهادي الى سبيل الرشاد وعلي
اله واصحابه الامجاد صلاة متوالية
متنامية الى ابد الاباد ۞

اما بعد فهذا بيان صفة الايمان
ومعناه

(*a*) *dotem.*] Fides eleganter dos dicitur, qua ſola nobis obſtringimus puellas Paradiſiacas, id eſt quae aditum nobis parat ad delicias coeleſtes; alias pro notione *dotis*, *ſigillum* ſubſtitue.

(*b*) *du-*

IN

NOMINE DEI

SUMME MISERICORDIS.

LAudetur Deus, qui nos duxit ad Fidem, & constituit eam (a) dotem, qua introitus Paradisi coelestis paratur, & velum inter nos & aeternam in ignibus permansionem. Favor autem Dei & pax sit Mohammedi, hominum optimo, (b) duci qui in viam rectam suos dirigit, & genti ejus sociisque gloriosissimis, perpetua & semper crescens in saecula saeculorum.

(b) *duci.*] Primus qui hoc titulo هادي Mohammedem honoravit, fuit *Abubeker*, quartus mortalium, qui illa aetate Mohammedicam fidem amplexi sunt. (c) *Isla-*

ومعناه اعلم ان الايمان اول ركن
من اركان الاسلام كما قال النبي
صلي الله عليه وسلم بني الاسلام
علي خمسة شهادة ان لا اله الا الله
وان محمدا رسول الله وايقام الصلاة
وايتا الزكوة وصوم رمضان وحج
البيت لمن استطاع اليه سبيلا فشهادة
هو الايمان ثم اعلم ان اول الواجبات
على المكلف الايمان بالله وملايكته
وكتبه

(*c*) *Islamismus.*] الاسلام nomen generale est (quamvis nonnulli id cum *Fide* late sumta idem faciant) quod partem Theologiae Theoreticam & Practicam, id est, omne credendum & faciendum, complectitur. Pars autem Theoretica ايمان *Fides*, Practica دين *Religio*, solet dici. Prior dividitur in 6. partes, 1. *de Deo.* 2. *Angelis.* 3. *Libris divinis.* 4. *Prophetis.* 5. *die ultimo.* 6. *Dei decreto.* Posterior in 5. quarum 1. agit de *Lotionibus sacris.* 2. *de Precibus.* 3. *eleemosynis.* 4. *jejuniis.* 5. *peregrinatione Meccana.* Hunc ordinem ser-

Hic incipit deſcriptio Fidei & explicatio ejus. Scito Fidem eſſe primum e fundamentis Iſlamiſmi, quemadmodum pronunciavit Propheta Mohammed, cui Deus bene velit & ſalutem omni modo largiatur: Nititur (c) Iſlamiſmus quinque fundamentis, quorum primum eſt Confeſſio de Deo, non eſſe niſi Deum illum verum, & Mohammedem ejus Legatum eſſe, alterum, ſtata obſervatio (d) precum, tertium, eleemoſynae largitio, quartum, Jejunium menſis Ramadani,

ſervat ſcriptor noſter, & bina ſyſtemata Theologica MSS. Bibliothecae Amſtelodamenſis, ut & illa quae ipſe poſſideo, a variis auctoribus tum Arabice, tum Perſice, conſcripta.

(*d*) *precum.*] Non meminit hic Lotionum ſacrarum, de quibus tamen agitur ante argumentum de Precibus: quia Lotiones, uti praerequiſita precum & adjuncta conſiderant. (*e*) *Deus.*]

وكتبه ورسله واليوم الاخر والقدر
خيره وشره من الله تعالى والايمان
هو التصديق بالقلب واما الاقرار
باللسان فشرط اثباته في الظاهر ۞
فاما الايمان بالله فهو التصديق
بالقلب والاقرار باللسان بالله تعالى
موجود حق ثابت ذات قديم
باق ليس له صورة ولا لون ولا مكان
ولا زمان ولا مثل ولا شبه ولا كفو
ولا ضد ولا ند ولا زوال ولا تغير
ولا انحراك ولا انتقال ولا اتصال
ولا انفصال ولا انقسام ولا انكسار
ولا انكسار وهو منزه واحد صمد
حي عالم قدير مريد سميع
بصير

ni, quintum, Peregrinatio Meccana ab unoquoque praeſtanda qui iter eo ſuſcipere poterit. Illa autem Confeſſio eſt, quam nos appellamus Fidem.

Sciendum eſt itaque, primum eſſe quod requiritur ab homine ad id idoneo, ut credat in (1) Deum (2) & Angelos ejus (3) & libros ejus (4) & Prophetas ejus (5) & diem ultimum (6) & decretum Dei altiſſimi de bono & malo.

Fides autem in eo conſiſtit, quod quis in animo ſuo de veritate illarum rerum perſuaſus ſit, at confeſſio linguae involvit ejus demonſtrationem per indicia externa.

DE FIDE IN DEUM.

Fides in Deum eſt vera agnitio quae animo fit, & confeſſio lin-

بصير متكلم فاعل خالق رازق
صانع محيي مميت مبدي معيد
حاكم

(*e*) *Deus.*] Per Deum intelligunt Eſſentiam neceſſario exiſtentem. Ita video Borhaneddinum Alzerbersji in MS. methodo didactica, & alios, ſcribere

الله اسم الذات الواجب الوجود

Deus, eſt nomen Eſſentiae neceſſario exiſtentis. Quare etiam *Allah* ipſis eſt nomen Deo ſoli proprium & eſſentiale, uti nobis יהוה. Audi Antiſtitem Schahaboddinum Abulabas Ahmed Ibn Amad Ibn Jouſafa in MS. ſuo de ceremoniis quibusdam ſacris volumine pag., m. 155. لله

تسعة وتسعين اسما واسما الله تع تنقسم الى ثلاثة اقسام قسم يرجع الى الذات وهو الله وقسم يرجع الى الجلال كالملك والكبير والقادر والقاهر وقسم الى الجمال كالرب والمحسن والمجيب والرزاق *Deo excelſo ſunt* 90 *nomina, quae in tres ſpecies dividuntur. Prima*

linguae, quod Deus (e) excelsus sit Existens, Verus, permanens, ipsa essentia, aeternus sine initio, & permansurus in aeternum, cui (f) nulla est figura, aut forma externa, aut locus, aut aequalis, aut par, aut similis, aut motus, aut mutatio, aut translatio, aut

 sepa-

Prima species relationem habet ad ipsam Dei essentiam, & illam absolvit solum nomen الله *Allah. Secunda respicit gloriam & majestatem Dei, uti,* Rex, Magnus, Potens, Victor. *Tertia respicit attributa Dei, uti,* Dominus, Benefaciens, Vivificans, conservans. Catalogum horum nominum Dei vide in secunda edit. Histor. Orient. Hottingeri, pag. 389.

(*f*) *Cui nulla est figura &c.*) Hic incipiunt attributa Dei, quae in MSS. Quaes. & resp. Persicis appellantur صفات سلبيه كه خداي تعالي را نه سزد *negativa, quid* sc. *Deo non conveniat*, & dein sequuntur صفات ثبوتيه *attributa affirmativa*, quid Deus sit, uti unus, potens &c.

(*g*) *Sciens*,

حاكم مقدر مدبر امر ناه هاد
مضل مجاز منعم معاقب لطيف
قاهر وله صفات قديمة بذاته ازلا
وابدا بلا انفصال ولا تغير وهي لا
هو ولا غيره وكذا كل صفة
مع صفة اخري كالحياة مع
العلم او العلم مع القدرة وهي
الحياة والعلم والقدرة والارادة
والسمع والبصر والكلام والقدم
والبقا

(g) *Sciens, potens.*] *Omniſcius* بكل شي عليم *& omnipotens* علي كل شي قدير, uti alias dicere ſolent.

(h) *Audiens, videns.*] Θεοπρεπῶς intellige: omnem enim figuram & formam externam & motum a Deo antea removit. Cl. Hottingerus in Hiſtor. Orient. L. 11. c.4. tranſtulit haec duo in alio libro a ſe lecta, *ſagax*, *agilis*, male.

(i) *Re-*

ſeparatio, aut diviſio, aut fatigatio, aut fractio. Ille eſt remotus ab alio, qui ei adjungeretur, unus, aeternus, vivens, (g) ſciens, potens, volens, (h) audiens, videns, loquens, faciens, creans, ſuſtentans, artificioſe producens, vivificans, & morti dans, omnibus rebus tradens initium, omnes (i) reverti faciens, judicans, decernens, dirigens, imperans, prohibens, recte dirigens & in errorem ducens, retribuens, remunerans, puniens, benignus, victor. Et ipſi ſunt attributa aeterna in eſſentia ejus in aeternum & aeternum, ſine ſeparatione aut mu-

(i) *Reverti faciens.*] i. e. reſuſcitans. رجعة reſurrectio, quaſi reverſio ad Deum. Modus loquendi ex Corano petitus.

(k) *Sine*

والبقا والفعل والتخليق والترزيق
والايجاد والصنع والاحيا والامات
والابدا والاعادة والحكم والتقدير
والتدبير والامر والنهي والهداية
والاضلال والمجازات والتنعيم والمعاقبة
واللطف والقهر وهو تعالى موصوف
بهذه الصفات الكريمة العظيمة التي
بها عرفه المومنين فمن نفى هذه
الصفات او شيا منها او شك
فيها او في شي منها فقد كفر
اعاذنا الله من الكفر ۞ واما
الايمان بالملايكة فهو التصديق
بالقلب والاقرار باللسان بان
الله تاعلي عباده يسمون ملايكة
مطهرين

mutatione,& illa non ſunt ipſe,nec tamen diverſa ab ipſo. Atque ita omne attributum eſt cum alio conjunctum,uti vita cum ſcientia aut ſcientia cum potentia. Sunt autem haec attributa, Vita, ſcientia, potentia, voluntas, auditus, viſus, ſermo, aeternitas tum reſpectu initii tum finis,actio,creatio,ſuſtentatio, productio, artificium, vivificatio, occiſio, prima rerum productio, earum reductio, ſapientia, decretum, directio in bonum, ſeductio in malum,retributio,remuneratio, punitio, gratia, & victoria. Et hiſce attributis nobilibus & pretioſis praeditus eſt Deus excelſus, quibus eum cognoſcunt fideles:& quicunque haec attributa, aut aliquid ex iis negat, aut de iis vel eorum ali-

مطهرين من المعاصي مقربين الى
الله مطيعين لما امرهم الله به لا
يعصونه ابدا وانهم اجسام لطيفة
مقدسة خلقوا من نور لا ياكلون
ولا يشربون ولا ينامون وانهم
ليسوا بذكور ولا باناث وليس
لهم شهوة ولا اب ولا ام وانهم
على صور مختلفة وعلى امور
مخصوصة منهم يقومون ويركعون
ويقعدون ويسجدون ومنهم يسبحون
ويهللون ويحمدون ويكبرون
ويستغفرون ومنهم يكتبون ومنهم
يحفظون ومنهم يحملون العرش
ومنهم يطوفون وغير ذلك مما
اراد

liquo dubitat, profecto infidelis est. Serva nos, o Deus, ab infidelitate!

DE ANGELIS.

Porro ut quis dici possit ea, quae oportet, credere de Angelis requiritur persuasio animi & confessio linguae de eo, quod Deo excelso sint servi, qui appellantur Angeli, puri a peccatis, Deo propinqui, qui obsequium praestant jussis ejus, nec ei unquam sunt immorigeri. Sunt autem hi corpora subtilia, sancta, creata ex luce, nec edunt nec bibunt, nec dormiunt, nec inter illos mares aut foeminae sunt, nec iis appetitus carnalis est, nec pater aut mater. Differentibus quoque formis sunt praediti, & negotia sibi propria obeunt?

اراد الله بهم والايمان بهم

واجب وان لا نعلم اسمائهم

واعدادهم واصنافهم وحب الملائكة

شرط الايمان وبغضهم او بعض

احد منهم كفر. فمن قال

بان الملائكة موجودين وانهم

ذكور او اناث او قال بان

الملائكة موجودون وليسوا بذكور

ولا اناث ولكني لا اومن

بهم او لا احبهم فقد كفر

اعاذنا الله من الكفر ۞ واما

الايمان بالكتب فهو التصديق

بالقلب والاقرار باللسان بان

obeunt. Quidam ſtant, quidam
ſunt corpore deorſum inclinato,
aut ſedentes, aut fronte demiſſa ad-
orantes (προσκυνȣ̃ντες) alii Dei laudes &
hymnos concinunt vel eum lau-
dant & extollunt, aut veniam pec-
catorum a Deo pro hominibus ro-
gant. Nonnulli ex iis ſcribunt (ope-
ra hominum) & cuſtodiunt homi-
nes, & thronum Dei portant, aut
circumeunt, & alia opera prae-
ſtant, quae Deo placent. Neceſſari-
um vero eſt in illos credere, quam-
vis aliquis ignoret nomina & ſpe-
cies eorum: & amore illos comple-
cti eſt ex neceſſariis fidei conditio-
nibus. Et odiſſe illos, aut unum ex
iis, infidelitas eſt. Si quis autem di-
cat Angelos quidem exiſtere, ſed ſe-
xuum diſcrimen in iis inveniri, aut

لله تعالى كتبا عزيزة انزلها
على انبيائه وهي منزلة غير
مخلوقة قديمة غير محدثة وفيها
امره ونهيه وحكمه ووعده ووعيده
وتبيين الحلال والحرام والطاعة المعصية
واخبار الجزا والثواب والكتب
كلها كلام الله تعالى مقرو
بالالسنة مكتوب في المصاحف
محفوظ في القلوب وهو مغاير
لهذه

(*k*) *Sine creatione.*] Diu inter Mohammedanos & magnis animis agitata eſt quaeſtio de Alcorano, num creatus eſſet vel increatus. Qui creatum dicebant, videbantur aliis auctoritatem ejus imminuere, at ſe tuebantur variis rationibus; inter quas eſt expreſſum Dei dictum جعلناه قرانا *Poſuimus Coranum*; quod autem poſitum eſt, idem & creatum eſt. Alii in contraria ibant. Tutiſſime illi incedebant, qui verbis Corani adhaerentes

dicat Angelos esse & sexuum discrimen in iis non inveniri, verumtamen se in illos non credere, nec eos amare, pro infideli est habendus. Serva nos, o Deus, ab infidelitate!

DE LIBRIS DIVINIS.

Fides in Libros Dei haec est, quod animo persuasi simus & lingua confiteamur, Deo esse Libros illustres, quos coelitus demisit ad Prophetas suos; quae demissio (*k*) sine creatione facta est, aeterna sine productione. In iis continentur Dei jussa & prohibitiones & edicta & promissiones & minae, & declaratio liciti & vetiti, obedientiae & rebellionis, & indicia re-

rentes dicebant illum esse مجعولا *positum*, vel منزولا *demissum*, & de creatione ejus silebant.

(*l*) *de-*

لهذه الحروف والالفاظ ويسمي هذه
الحروف والالفاظ كلام الله على
سبيل المجاز لكونهـــا دالة على
كلامه الحقيقي كمـــا يسمي
كلامنا لكونها دالة على كلامنا
الحقيقي كقول الشاعر ان الكلام
لفي الفواد وانما جعل اللسان
على الفواد دليلا والله اعلم وهي
مائة واربعة كتب فانزل الله
تعالى منها عشرة كتب على
ادم وخمسين كتابا على شيث
وثلاثين كتـــاب على ادريس
وعشرة كتب على ابرهيم وكتابا
واحدا

tributionis tum praemii tum poenae. Omnes hi libri ſunt ipſum verbum Dei excelſi, quod legitur linguis, conſcribitur in codicibus, cuſtoditur in hominum animis. Hoc autem (Dei verbum) diſtinctum eſt ab illis literis & vocibus: & tamen hae literae & voces appellantur verbum Dei per metaphoram, propterea quod indicant verum Dei verbum. Eadem ratione, qua noſtrum verbum appellatur, quod verbum noſtrum verum indicat, quemadmodum Poëta dicit:

Utique ſermo (λόγος ἐνδιάθετος) *eſt in praecordiis;*
Sed lingua conſtituta eſt, ut praecordiorum index.

Verum Deus haec optime novit.

واحدا على موسي وهو التوريه واحدا

(*l*) *decem.*] Cl. Hottingerus in Hist. Orient. pag. 22. scribit ex Kessaeo xxi. libros ad Adamum demissos. At Mohammedani, quos vidi, tantum x. memorant. Nec loco citato Kessaeus dicit xxi. libros demissos, sed prima nocte mensis Ramadan Deum ad illum demisisse xxi *folia* vel *tabulas* صحيفة, & mox subdit وهو اول كتابا انزل الله تع على ادم *Hic primus liber est, quem Deus excelsus ad Adamum demisit.*

(*m*) *Idris.*] Ita appellant Enochum. Est mihi dissertatiuncula quaedam Turcica *M. S. de Idriso & Georgio Prophetis*, in qua diserte extat nomen Idrisi proprium fuisse اوخنوخ *Ouchnouch*, quod ut ad חנוך *Chanoch* accedat, nemo non videt; sed cum sartor esset peritissimus, qui singulis diebus togam perficeret, & inter operas suas frequenter illud سبحان لله, *Laus Deo*, ingeminaret, Spiritu sapientiae & Prophetico a Deo illum fuisse donatum: & a scientia sua *Idris*, (a درس) denominatum. In *Taarich* meo MS. dicitur vixisse 365. annos, & quum ante eum non nisi boum pellibus uterentur, primus togas & femoralia consuisse, bellum gessisse, & tandem vivus adscendisse in coelum. Diem ipsum notat *Abdalla Mohammed Ibn Sokeiker*, *Anhas-wa-*

Hi Libri ſunt numero centum & quatuor, e quibus (*l*) decem Deus excelſus demiſit ad Adamum, quinquaginta ad Sethum, triginta ad (*m*) Idriſum, decem ad Abrahamum, unum ad Moſen qui eſt תורה, (*n*) Pentateuchus, unum

walienſis, ita Deum alloquens in MS. *ſylloge precum*,

يا رافع ادريس الى السما يوم عشورا

O Tu, qui Idriſum in coelum evexiſti die 10 *menſis Moharram!*

(*n*) *Pentateuchum.*] Itane, dicet aliquis, num agnoſcunt Mohammedani Pentateuchum Moſis, & Euangelia eſſe libros θεοπνεύστους; cur ergo rejiciunt noſtras argumentationes inde petitas? Verum, quum illi de Lege Moſis, vel Euangelio loquuntur, non noſtros Codices intelligunt, ſed antiquos illos, quos a Judaeis & nobis ita corruptos eſſe fingunt, ut nil minus ſint hodie quam divina volumina. Genuina autem illorum librorum exempla ajunt eſſe diu deperdita, quare nec ipſi a nobis rogati ullum incorruptum Codicem Legis Moſaicae, vel Euangeliorum exhibere queunt: quod damnum vehementer illos torqueret, niſi unus iis Coranus ſufficeret. Inter loca, quae corrupta eſſe clamant, ſunt *Pſ.* 2.7. *Ego genui Te:* ubi legendum dicunt *Ego educavi Te,*

وواحدا على عيسي وهو الانجيل
وواحدا على داوود وهو الزبور
وواحدا على محمد وهو الفرقان
فمن انكرها او شك فيها او في بعض
منها او في سورة او اية او كلمة
منها اجماعا فقد كفر اعاذنا الله
من الكفرة ۞ واما الايمان بالرسل وهو
التصديق بالقلب واقرار باللسان
بان لله تعالى انبيا رسلا من
الانس الى الانس صادقين
مصدقين امرين ناهين مبلغين
رسالات الله الى الخلق مبينين
لهم

Te, quae voces apud Arabes non nisi per Tesdid (sive Dages Hebr.) distinctae sunt, & pro *filius meus*, *Propheta meus*,& *Joh.* 16.7. παράκλητος *advocatus* male legi pro περίκλυτος, *Mohammed*, *inclytus*.

(o) *Poenam*

unum ad Isam (Jesum) qui est Euangelium; unum ad Davidem, & hic est Psalmorum liber; & unum ad Mohammedem, qui est Alfurcân (Alcoranus.) Qui haec volumina abnegat, vel de iis, aut parte eorum, vel capite vel versiculo vel verbo ex iis dubitat, certe infidelis est. Serva nos, o Deus, ab infidelitate!

De Legatis Dei.

Fides in Legatos Dei poscit; ut corde agnoscamus & lingua fateamur Deo excelso esse Prophetas, Legatos ex hominibus ad homines missos, veraces, quibus omnino credendum est, qui quaedam jubent aut vetant, & nuncia Dei ad homines perferunt, &

لهم الاحكام والشرايع مخبريهم
بالغيب كذات الله تعالى وصفاته
وافعاله والقيامة والبعث وعذاب
القبر والسوال والحساب والميزان
والصراط والحوض والشفاعة والجنة
ونعيمها والنار وعذابها وان الانبيا
معصومون

(o) *Poenam ſepulcri.*] Idem eſt cum Judaeorum חבוט הקבר. Duo Angeli Monkir & Nakir hominem in ſepulcro jacentem erigent nova vita donatum, & de fide ſua & pietate examinabunt, & reos plectent. Sic Mohammedani.

(p) *Libram.*] Vide de illa ſententiam Mohammedanorum in Not. miſcell. Cl. Pocockii ad Port. Moſ. pag. 283. In ea Catalogi bonorum & malorum operum ponderabuntur.

(q) *Pontem.*] Supra Gehennam extenſum, quem & pii & impii adſcendere debent, ita tamen, ut hi in ignem lapſuri ſint.

(r) *Piſcinam.*] Ex qua pii potabuntur ubi pontem tranſierint, necdum tamen coelum ingreſſi.

(s) *Eidem religioni.*] Hoc perſuaſum iis eſt & Adamum, & Noachum, & Moſen; & Jeſum, alios-

manifeſtant iis conſtitutiones & canones, & occulta iis revelant, uti naturam Dei & attributa & opera ejus, & reſurrectionem & reſuſcitationem & (*o*) poenam ſepulcrl, & interrogationem, & examen & (*p*) libram & (*q*) pontem ſive viam (die ultimo calcandam) & (*r*) piſcinam & interceſſionem & Paradiſum cum deliciis ſuis, ut & infernum cum poenis ſuis. Sunt autem Prophetae immunes ab erroribus & peccatis magnis, & omnes (*s*) ei-

aliosque Prophetas, eandem cum Mohammede religionem fuiſſe amplexos. Paſſim id inculcat Alcoranus, & notus eſt *Suratae II.* locus de Abrahamo, qui ibi dicitur non fuiſſe Judaeus, non Chriſtianus, ſed حنيفا مسلما *genuinus Muslimannus.* Joſephus Ang. de la Broſſe in Gazophyl. Perſ. transfert *erat gentilis Muſulmannus*, male & nullo ſenſu.

معصومون من الزلل والكبائر

وانهم على دين واحد وهو الاسلام

وان كانوا مختلفين في الشرائع

وانهم مصطفون من الخلق مكرمون

بوحي الله ونزول الملائكة عليهم

ومؤيدون

(*t*) *reduxerint.*] Sic de Propheta Dulkephel, qui tempore Regis Persici Caicobadi vixit, narratur in meo Taarich, quod triginta hominum millia excitarit e mortuis. Sic Surat. v. *v.*110. de Jesu dicitur quod mortuos resuscitaverit.

(*v*) *locuti sint.*] Uti Salomon, qui linguas animalium intelligebat.

(*x*) *salutati.*] Mohammed ipse a lapidibus salutatus est, & arbores ei procedebant obviam.

(*y*) *porro.*] Uti Propheta Salich, qui Themoditas ad fidem vocans ex nigra petra Camelum cum arce produxit, qui 30. annos per agros vagatus est, donec necaretur a قدار *Caddaro* : post quae arx in petram regressa disparuit. Ita Salomon viam itineris menstrui una hora pervadebat, & opera Daemonum sibi subjectorum Templum Hierosolymitanum a Davide inchoatum absolvit. Haec ex *Taarich.* Miracula quae Jesu Servatori nostro tribuunt, uti quod ex luto aves fingeret, quae avolarent, (vid. Surat. v. *v.* 110. quod

&

dem religioni addicti, quae est Islamismus (sive religio Mohammedica) quamvis diversi fuerint in suis institutis. Sunt quoque electi ex creaturis, honorati alloquio Dei & descensu Angelorum ad ipsos, suffulti miraculis manifestis, quae communi rerum ordini contraria sunt, quemadmodum quod nonnulli mortuos in vitam (*t*) reduxerint, (*v*) locuti sint cum bestiis & arboribus aliisque rebus inanimatis, & ab iis (*x*) salutati sint; atque ita (*y*) porro: ad quem gra-

 dum

& ipsum Judaei scribunt in abominabili libello תולדות ישו) una tinctura pannos cujus libet coloris exhiberet, aliaque, commentitia leguntur in Cl. Sikii nostri, qui Academiae Cantabrigiensis & literarum Orientalium ingens ornamentum est, notis ad Apocryphum Euangelium infantiae. Miracula Mohammedis quaedam recenset Abulfarajus in Histor. Dynast. p. 166. (*z*) *sex.*]

ومعدون بمعجزات الظاهرات
الناقضات للعادات كاحيا الموتي
وتكليم الحيوانات والنباتات والجمادات
وتسليمها وغير ذلك مما يعجز
الخلق الاتيان به والله تعالى فضل
بعضهم

(z) *ſex.*] Mirum in modum depravata leguntur nomina ſex aequalium Mohammedis in Saracenicis Sylburgii, pag. 77. & aliis permiſcentur, quae hic extricare libet. Ἀναθεματίζω Αλεὶμ τὸν ἐπὶ θυγατρὶ γαμβρὸν τοῦ Μωαμὲδ καὶ χασάνην καὶ χουσένην τοὺς υἱοὺς ἀυτοῦ. καὶ Ἀπουπίκερ τὸν καὶ Κουβίκερ καὶ Οὔμαρ καὶ Τάλχαρ καὶ Ἀπουπάπρην τὸν Παδούκην. καὶ Μαϛυΐε καὶ Σουπεερ` καὶ Ἀδελλᾶν καὶ Σεῒτ καὶ ἰζίτ καὶ Σαΐτην καὶ Ουθμᾶν καὶ τοῦς λοιποὺς πάντας σιμμύϛας καὶ συνεργοὺς καὶ διαδόχους τοῦ Μωάμεδ. *Devoveo Alin generum Mohammedis* (hic eſt cui filia Mohammedis Fatima nupſit, quemque ei legitime ſucceſſiſſe volunt Perſae) *&* *Haſanem &* *Hoſeinen filios ejus* (ſc Alis, quorum ille anno Hizrae 49. veneno propinato interiit, hic martyrium ſubiit anno ejusdem aerae 61. uti ſcribitur in MS. meo *Taarich*) *& Abubecrum qui & Cubicer* (haec in mendo cubant, aut plane tolli debent, nam mox Abubecri mentionem faciet addito titulo) *& Omarem* (qui per decennium imperavit & venenato pugione, dum mane precabatur, a liberto Mogirae fil. Sjobae interemtus eſt, anno Hizrae 24. juxta idem *Taarich*) *& Tal-*

char

dum alii homines pertingere nequeunt. Inſtituit quoque Deus ordinem inter eos, quo unus alio excellentior eſt. Sic qui inter illos Legatorum munere functi ſunt, praeſtant iis qui non fuere Legati, & qui novum religionis modum inſtituerunt, iis qui id non praeſtiterunt. Primus omnium Adamus fuit, ultimus & excellentiſſimus Mohammed, cui ut & reliquis omnibus Deus propitius ſit & benedicat. Praeſtantiſſimus creaturarum, & ordini Prophetarum proximus fuit Abubeker, dein Omar, tum Othman, denique Ali. Poſt hos ordine dignitatis ſequuntur (z) ſex hono-

char (ſcr. τάλχα. Hic eſt cujus ſcriptor noſter meminit) & *Abubecrum Ziddicen* (ita enim legendum, Σιδδίκην, qui titulus eſt Abubecri, atque ei datus, quia hiſtoriam raptus Mohammedici, quo coelos

بعضهم على بعض فالمرسل منهم افضل
من غير المرسل وصاحب الشريعة
منهم افضل من غير صاحب الشريعة
واولهم ادم واخرهم وافضلهم محمد
صلوات الله وسلام عليهم اجمعين
وافضل الخلق بعد الانبيا ابو بكر
ثم عمر ثم عثمان ثم علي
وبعدهم الستة الكرام وهم طلحة
والزبير وسعد وسعيد وعبد الرحمن
وابو عبيدة وبعدهم باقي الصحابة
وبعدهم القرن الذين بعث فيهم
رسول

coelos una nocte peragravit, *confirmabat veram esse*, non *Zadik* quod *Justus* esset, uti vulgo volunt) & *Mawiam* (forte hic est Moavias, cui Hasan Chalifatum tradidisse dicitur, fundator Dynastiae Omrniadum) & *Zupeer* (hic est Alzobeir, nostro scriptori memoratus, qui una cum Talcha magnatum numero erat adscriptus) & *Adellam* (lege 'Αϐδᾶλλαν. forte filium Arcat intelligit, forte alium) & *Zeid* (hic servus fuit Mohammedis & tertius

honoratiſſimi (Mohammedis ſocii) Talcha, Alzobeir, Saad, Seid, Abdorrachman & Abu Obeida: & poſt eos reliqui ſocii ejus, & poſt hos aetas illorum hominum ad quos miſſus eſt Mohammed, cui Deus benedicat! Gratia Dei ſit ſuper omnes illos! Deinde ſequuntur ſapientes, qui bona opera faciunt. Numerus Prophetarum juxta traditionem quandam excurrit ad ducenta & 24 millia: at juxta aliam

tertius mortalium eo tempore qui religionem Mohammedis amplexi ſunt. Prima enim fuit uxor ejus Chadizja, dein Ali gener ejus, tum hic Zeid, poſtea Abubeker & alii) *& Izid* (videtur exprimere Arabicum nomen يزيد *Jezid*, ſed inter ſocios Mohammedis talem non novi; at fuit hoc nomine filius Moaviae modo memorati, homo nequiſſimus) *& Zaiten* (hic eſt سعد *Saad* Ibn Waccas) *& Othmanum* (hic Omari in imperio ſucceſſit) *reliquosque ſymmyſtas, coadjutores & ſucceſſores Mohammedis.*

رسول الله صلي الله عليه وسلم
رضوان الله عليهم اجمعين وبعدهم
العلما العاملون والانبيا في رواية
مائتا الف واربعة وعشرون
الف وفي رواية مائة الف واربعة
وعشرون الفا والمرسلون منهم
ثلاثماية وثلاثة عشر وصاحب
الشريعة

(*a*) *Adamus.*] Prophetam eum appellare ſolent Mohammedani: nec deſunt inter Chriſtianos. Epiphanius adverſ. haeres, p. 6. de Adamo, προφήτης γὰρ ἦν. *Erat enim Propheta.* Quos autem in hiſtoriis ſuis Prophetarum titulo inſignire conſueverint, lubet ab Adamo uſque ad Mohammedem breviter recenſere. Hi ſunt Prophetae, *Adam agricola*, *Seth*, *Idris* (i. e. Enoch) *ſartor*, *Noach faber lignarius*, *Hud mercator*, *Salich*, *Chidr* (hic Elias vel Eliſa aut Jeremias putatur) *Loth*, *Abraham*, *Iſaac paſtor*, *Iſmael*, *Jacob*, *Job*, *Bosheir*, *Dulkephel* (cujus verum nomen erat حرفيل *Harfil*) *Joſeph Rex*, *Ephraim*, *Nun*, *Joſua*, *Schoaib*, *Moſes paſtor*, *Aaron*, *Jaſin*, *Elias textor*, *Eliza*,

traditionem centum millia & 24 millia. Inter illos tredecim & trecenti Legatorum munere functi ſunt, & qui novas conſtitutiones attulerunt ſex ſunt *(a)* Adamus, Noachus, Abrahamus, Moſes, *(b)* Jeſus & Mohammed: Benedicat

E 2

Eliſa, *Ozair* (Ezras) *Daniel*, *Samuel*, *David loricarum confector*, *Salomon*, *Zacharia ſaber lignarius*, *Jahja* (quem in MS. meo *Taarich* interfeciſſe Herodes dicitur ſuaſu uxoris, quare Johannem Baptiſtam intelligere videntur) *Iſa* (Jeſus) *Georgius* (dicitur ad Ninevitas ſive incolas urbis موصل miſſus) *Mohammed*, Prophetarum ultimus. Ceterum quae de his tradere poſſemus ex Codicibus noſtris MSS. hic praeterimus quum notarum ſpatia ea non capiant.

(*b*) *Jeſus.*] Quae de Jeſu noſtro in *Taarich* meo habentur, haec ſunt. *Iſa filius fuit Mariae quae filia erat Imrani : & fuit Legatus a Deo excelſo miſſus, qui coelitus librum Euangelii ad eum demiſit. Legislator etiam fuit & homines ad obſequium Dei vocavit : & quum Judaei illum interficere ſtuderent, ſublatus eſt in coelum.* Genealogiam Chriſti ita deducit Auctor mei *Taarich* uſque ad ipſum Adamum, in qua ut multa rationi temporum con-

الشريعة منهم ستة ادم ونوح وابرهيم
وموسي وعيسي ومحمد صلوات
الله

contraria, ita alia ſcitu non inutilia reperies.

1 *Jeſus.*
2 *Maria.*
3 *Imran.*
4 *Mathan.*
5 *Philicos.*
6 *Jehoſcha.*
7 *Aſa.*
8 *Abia.*
9 *Rehabeam.*
10 *Salomon.*
11 *David.*
12 *Eſche.* (*Jeſſe.*)
13 *Oun.* (*Obed.*)
14 *Zjabaz*(*Boaz*)
15 *Salmon.*
16 *Abauân.*
17 *Imran.*
18 *Daram.*(*Ram*)
19 *Amrou.*
20 *Kâz.*
21 *Jehuda.*
22 *Jacob.*
23 *Iſaac.*
24 *Ibrahim.*
25 *Azer.*
26 *Nachor.*
27 *Serug.*
28 *Argou.*
29 *Phaleg.*
30 *Schaleg.*
31 *Arphacſchad.*
32 *Sem.*
33 *Noach.*
34 *Lamech*
35 *Methuſchalah.*
36 *Idris.* (*Enoch.*)
37 *Jered.*
38 *Mahaleil.*
39 *Kainan.*
40 *Enos.*
41 *Seth.*
42 *Adam.*

Cave Lector, ne hos antichroniſmos & errores aut Mohammedi aut omnibus Mohammedanis adſcribas. Nec enim hanc Genealogiam Mohammed alicubi prodidit; & ipſi inter ſe diſſentiunt de multis ex horum numero Arabes. Nomen مسيح *Meſſiae*, quod Chriſto in Alcorano tribuit

dicat Deus & propitius ſit omnibus illis! Hunc numerum ut quis

E 3 ſciat,

puit Mohammed, id edoctus a Judaeo ſuo, non ab משח *unguendo* derivant, ſed a ساح, unde سياح *peregrinator religionis cauſa*, & (quod idem credunt notare) مسيح *Meſſias.* Keſſaeus expreſſe: عيسى كان سياحا *Jeſus erat religioſus peregrinator.* Sic videtis, quomodo caecutiant in etymo vocum Hebraearum. Par eorum error eſt, quum ſcribunt Abrahami nomen prius fuiſſe ابن رحيم *filius miſericors* & dein mutatum in اب رحيم *Pater miſericors*; aliquid ſc. inaudiverunt de mutato Abrahami nomine. Sic & Saram antea dictam يسارة i. e. *ſterilem*, *non parientem*, fabulatur *Abulkaſem Abdorrachmin* in obſerv. MSS. ad nomina propria Alcorani, *Cap.*3. Ceterum poſt mortem ſuam Jeſum receptum eſſe in coelum ſecundum, ubi eum vidit Mohammed, quum nocte potentiae coelos luſtraret, narratur in MS. meo حديث المعراج Tunc & Adamum, & Iſmaelem in primo coelo vidit, Abrahamum in tertio, quarto Idriſum, ſive Enochum &c. Alii tamen alio ordine eos diſponunt.

(c) *Throno*

الله عليهم وليس عددهم شرط الايمان
عندنا بل الايمان بكلهم واجب
وحبهم شرط الايمان وبغضهم او
بغض احد منهم كفر فمن انكر
صدق احد من الانبيا او شك في
صدقه او في شي مما يخبره
فقد كفر اعاذنا الله من الكفر ۞
واما الايمان باليوم الاخر فهو
التصديق بالقلب والاقرار باللسان
بان اليوم الاخر حق وان الله
تعالى يهلك العالم ويفنيه ويميت
ما فيه من الخلق الا ما اراد
الله ابقاه كالعرش والكرسي
والروح واللوح والقلم والجنة والنار
وما

ſciat, non requiritur uti conditio fidei, ſed neceſſarium eſt ut quis illos amore proſequatur: qui enim eos, aut unum ex iis odio habet, infidelibus accenſendus eſt. Quicunque porro negat veracitatem unius ex Prophetis aut de illa dubitat, aut de ulla re quam nunciavit, ille jam infidelis eſt. Serva nos, o Deus, ab infidelitate!

DE DIE NOVISSIMO.

Fides in diem ultimum poſita eſt in eo, quod animo credamus & ore confiteamur, revera fore diem ultimum, qui dies erit reſurrectionis; & Deum excelſum deſtructurum eſſe hunc mundum & perditurum, & morti daturum eſſe

وما فيها ثم يحييهم ويبعثهم
ويحييهم ويحشرهم ويحاسبهم
ويسالهم ويوتي كتابهم منهم
بيمينه ومنهم بشماله ورا ظهره
ثم يحكم بينهم بالعدل ويزن
اعمالهم من الخير والشر ويجزي
كل نفس بما عملت فمنهم من
يدخل

(c) *Throno & solio.*] Vocabula haec duo vulgo confundi ſolent, quum tamen prius عرش notet *ſedem* ipſam regiam, poſterius كرسي *ſolium*, cui ea ſedes impoſita eſt. Clare haec liquent e verbis *Keſſaei* ita ſcribentis, ثم خلق الله العرش من جوهرة خطرا لا يوصف عظمها

esse quicquid in eo invenitur creaturarum, exceptis tamen rebus quibusdam, quas volet esse superstites, (c) Throno (gloriae) sci-
F li-

عطاءها ولا ذورها فوضع العرش على الكرسي على ذيار الما Deinde (post creationem tabulae & calami, de quibus mox, at ante coeli & terrae creationem) *creavit Deus thronum* عرش *ex gemmis nobilissimis, quarum magnitudo & fulgor describi nequit, & collocavit illum super solium* كرسي *supra undas aquarum.* Forte id est Ps. 104. 3. haustum est; ubi Deus coenacula sua aquis contignasse dicitur. Ceterum & Talmudici כסא כבוד, *thronum gloriae*, בין שבעה דברים שנבראו קודם שנברא העולם *inter septem res ante mundum conditum creatas*, recensent in *Massechet Pesachim.* Ita & in Corano, quae verba citat *Kessaeus* وكان عرشه على الما *Et thronus ejus* (sc. Dei) *erat supra aquas.* Confer mox notanda de Spiritu.

(*d*) *Spi-*

يدخل الجنة بفضله ورحمته ومنهم
من يدخل النار من المومنين
لا

(*d*) *Spiritu.*] Ita de hoc Spiritu, ejusque ortu ſcribit *Keſſaeus*, poſtquam retuliſſet creationem Tabulae, calami, aquarum, throni & ſolii (ab his enim, & hoc ordine, coepit rerum omnium creatio)

ثم خلق الله عز وجل الريح وجعل
لها اجنحة لا يعلم عددها وكثرتها
الا الله تعالى وامرها ان تحمل ذلك
الما ففعلت فطار العرش على الما
والما على الريح واختم بخير *Deinde creavit Deus O. M. Spiritum* (*ſive ventum*) *&* *addidit ei alas, quarum numerum nullus novit excepto Deo, juſſitque Spiritum ut portaret iſtas aquas* (ſcripſerat ante, aquas creatas quidem ſed ſine ſpuma, fluctu aut motu, inertes jacuiſſe) *quod praeſtitit. Tunc volavit thronus ſuper aquas, & aquae ſupra Spiritum.* Ultimae voces duae واختم بخير *Et deſinit in bono*, vel, ut barbare ante ſaecula aliquot ſcribebant, *Explicit feliciter*, formulam continent, quae ſubjungi ſolet Excerptis ex Sunna vel Lege Orali, petitis, quale totum id eſt, quod ex *Keſſaeo* dedimus. Sunt autem in illo

Auctore

licet, & folio, & (*d*) fpiritu & (*e*) tabula, & calamo, & paradifo & inferno cum iis quae illis

F 2 con-

Auctore plurima. Praemittunt nonnunquam illi formulae, (quamvis & fine illa inveniatur) & hanc والخبر بتمامه, qua indicant integram fe dediffe narrationem e Sunna. Quis non videt hanc Spiritus, five venti creationem jam in ipfo Mundi exordio, a Judaeis effe hauftam, quorum multi רוח מרחפת · על פני המים *Gen.* I. 2. ventum effe volunt, qui aquas ante in quiete conftitutas agitaret: ut & illud quod additur de throno volante fuper aquas. Ita enim *Rafchi* ad *Gen.* I. 2. כסא הכבוד עומד באויר ומרחף על פני המים ברוח פיו של הקב"ה *Thronus gloriae ftabat in aëre & ferebatur fuper faciem aquarum per Spiritum oris Dei.*

(*e*) *Rationes exiget.*] At *ab hac re immunis erit ille qui novem dies menfe* رجب *jejunavit.* Sunt verba Perfae, fcriptoris مصابيح القلوب *Cap.* 36. هر كه نه روز روزه دارد بي حساب به بهشت رود Eft dictum Mohammedis e Sunna petitum.

(*f*) *Ta-*

لا يدخلون فيها بل يدخل الجنة بعد
ما يعذب على قدر جرمه لان
المومنين

(*f*) *Tabula & calamo.*] Scribunt Mohammedani, primam omnium rerum quae creatae ſunt fuiſſe *Tabulam* hanc, dein *calamum*, *aquas*, *thronum Dei*, & *ſolium*. Ita *Keſſaeus* in *MS. Hiſtoria ſacra*, *pag. m.* 3. قال ابن عباس رضي الله عنه
اول ما خلق الله تع اللوح المحفوظ
وحفظه بما كتب الله فيها بما
كان وما يكون لا يعلم ما فيه
الا الله تع *Ibn Abbas, cui Deus ſit propitius, inquit. Primum, quod Deus creavit, eſt Tabula cuſtodita, qua continetur omne quod Deus ei inſcripſit tum circa res praeteritas tum futuras. Nullus novit quid ei inſcriptum ſit, excepto Deo.* Ibidem dicitur illa tabula ex immenſae magnitudinis margarita conſtare, & calamus ſimiliter e gemmis, ex cujus fiſſura lux procedat, uti ex noſtris calamis atramentum. Sed haec emblemata nil aliud quam aeternum Dei decretum de rebus omnibus indicant: quod more ſuo Orientales ita exprimunt.

continentur. Tunc reducet Deus illos & resuscitabit, vivificabit & congregabit eos, & (f) rationes eorum exiget, & examinabit eos & dabit iis libros eorum (in quibus bona & mala opera scripta sunt) quibusdam ex iis ad dextram, quibusdam ad sinistram post tergum suum. Deinde judicabit inter illos in aequitate & ponderabit opera eorum, tam bona quam mala, & retribuet omni animae juxta id quod fecit. Quidam ex hominibus intrabunt Paradisum bonitate & misericordia ejus, quidam

munt. Sic fere Judaei calamum, sive stylum, quo Decalogus a Deo consignatus est, & tabulas sapphyrinas aliaque ante coeli & terrae productionem creata fuisse tradunt: haec enim allegorica sunt, notantque decreto Dei aeterno has res praecipue fuisse obversatas; quare & mundum conditum propter Legem dicunt.

(g) En

المومنين في الجنة يخلدون ابدا
والكافرين في النار يخلدون ابدا
وخوف القيمة شرط الايمان والامن
منها كفر فمن انكر القيمة او
قال لا اخاف القيمة او لا ارغب
في الجنة ولا اخاف النار فقد
كفر اعاذنا الله من الكفر ۞
واما الايمان بالقدر فهو التصديق
بالقلب والاقرار باللسان بان الله
تعالى قدر الاشيا واحوالها وان ما
يجري في العالم من الاحوال
والخير والشر والطاعة والمعصية
والايمان والكفر والصحة والمرض
والغني

dam infernum. At ex fidelibus nemo in igne infernali aeternum manebit, ſed intrabunt illi Paradiſum, poſtquam poenas dederunt juxta proportionem peccatorum ſuorum, quia fideles in Paradiſo perpetuo manebunt, & infideles in igne infernali. Requiritur ad fidem hujus reſurrectionis timor, ſic ut pro infideli habendus ſit, qui de illa ſecurus eſt, uti & ille qui reſurrectionem negat aut de ea dubitat, vel qui dicit: Non timeo reſurrectionem, nec deſidero Paradiſum, nec metuo infernum. Serva nos, o Deus, ab infidelitate!

DE DECRETO DEI.

Fides in Decretum Dei eſt, quod & mente credamus & lingua confitea-

والغني والفقر والحياة والموت كلها
بتقدير الله تعالى وتخليقه وارادته
وحكمه

(*g*) En Tibi, ut & Poëtica quaedam, animi recreandi gratia, adſpergamus, de decreti Divini certitudine duo carmina Arabica, non inelegantia.

ان كان علم الطب ينجي من الاذي
ويشفي فما بال الطبيب يموت
فما الطب الا علم ظن وشبهة
وليس لاحكام الظنون ثبوت
فما كان مكتوب عليك فكاينا
وما لك مكتوب فليس يفوت
فسلم واعلم ان ربك قادر
قضاياه تجري والعباد سكوت

Si ars medica (certo hominem) liberaret a noxa & ſanaret, non eſſet ſollicitus Medicus de morte ſua:
Verum Medicina non eſt niſi ars opinandi, & conjectandi; & conjecturis nulla ineſt certitudo.

Quod-

fiteamur, Deum excelſum decreviſſe (g) res & modos earum, ita ut nihil contingat in mundo ſive quod attinet ad rerum ſtatus, ſive operationes, ſive bonum ſive malum, ſive obſequium, ſive inobedientiam, ſive fidem, ſi-

G ve

Quodcunque ſcriptum eſt contra Te, fiet, quod pro Te
ſcriptum eſt, nec illud praeteribit.
Trade itaque Te Deo, & ſcito Dominum tuum potentem eſſe: decreta ejus certo procedunt, & tacere debent ſervi.

خبروا عني المنجم انني
كافر بالذي قضته الكوكب
عالم ان ما يكون وما كان
قضا من المهيمن واجب

Indicate Aſtrologo meo nomine; me fidem non habere iis rebus, quas aſtra decernunt,
Scio enim omnia quae fient & fuerunt, decreta eſſe neceſſaria a ſummo Protectore.

(h) *Gasl.*]

وحكمه وان الخير والطاعة والايمان
بتقدير الله تعالى وتخليقه واردته
وحكمه وبهدايته ورضايه وامره وان
شر والمعصية والكفر بتقدير الله
تعالى وتخليقه وارادته وحكمه
ولكن دون هدايته ورضايه وامره
بل اضلاله وسخطه وخيبه ومن
قال بان الله تعالى لا يرضى على
الخير والايمان او قال بان الله
تعالى لا يسخط على الشر والكفر
او قال بان الخير والشر من
الله وكلاهما بتقدير الله
تعالى وارادته ورضايه فقد كفر

ve infidelitatem, ſive valetudinem proſperam ſive adverſam, ſive divitias ſive paupertatem, ſive vitam ſive mortem, quod non ſit contentum in decreto Dei & ordinatione, voluntate & judicio ejus. At bonum & obedientiam & fidem Deus ita decrevit, ut illa ordinet, & velit, ſubſintque decreto, ſalutari directioni, beneplacito, & imperio ſua: malum e contrario & inobedientiam & infidelitatem decrevit quidem Deus, ordinat, & vult, & decernit, ſed tamen ſine ſalutari ſua directione aut beneplacito vel imperio ſuo, ſed in ſeductione & indignatione ſua & prohibitione. Quicunque autem dixerit Deum delectari bono & fide, aut Deum non indignari malum & infideli-

بل الاراده والرضا للخير والاراده
والسخط للشر هداذا الله الى
سبيل الرشاد ۞ باب الطهارة ۞
اعلم ان المياة التي تصح تطهير
بها سبع مياه مـــا السما وما
البحر وما النهر وما البير وما
العين وما ثلج وما البرد واركان
الغسل ثلاثة اشيا النيه وازالة
النجاسة ان كانت موجودا وايصال
الما

(*h*) *Gasl.*] Est lotio totius corporis, quum وضو *Wodou* (de qua mox) tantum sit quorundam membrorum. Et longe aliae res postulant Gasl, aliae Wo-

tatem; aut bonum & malum esse a Deo ita ut utrumque Deus decreverit & velit cum complacentia in iis, profecto infidelis est: bonum enim vult, ita ut ei placeat, malum vero vult ita ut id indignetur. Dirige nos, bone Deus in viam rectam!

DE LUSTRATIONIBUS, *& Speciatim de Lotione* Gasl *dicta.*

SCiendum est septem aquae species idoneas esse ad rite peragendam lustrationem, aquam sc. coelestem sive pluvialem, aquam marinam, flumineam, putealem, fontanam, nivalem & grandineam. Fundamenta autem Lustrationis (*h*) (*Gasl* dictae) tria sunt,

Wodou, uti ex hoc scripto liquet. Gasl fit in balneis, vel labro.

(*i*) *Sun-*

الا جميع الشعر والبشرة جميع وسننه خمس التسميه وغسل الكفين قبل ادخالهما في الانا والوضو وامرار اليد على الجسد والموالات والذي

(*i*) *Sunnae.*] Sunna eſt quaſi Lex oralis, משנה, quae dicta & facta Mohammedis in Alcorano non memorata complectitur, per traditionem primum propagata, dein ſcripto tradita. Alcorano & Sunna nititur omne Jus ſacrum & civile Mohammedanorum.

(*k*) *Propter ſex res.*] Praecipue ſcilicet: alias enim ex inſtituto Sunnae plura requirunt hanc Lotionem. In Perſico meo جامع اباسي eleganter diſtinguuntur *Lotiones neceſſariae* غسل الواجب quae ſex ſunt 1. ob impuritatem. 2. menſtrua. 3. partum. 4. fluxum ſanguinis poſt partum. 5. contactum mortui. 6. mortem (i. e. quod ipſum cadaver debeat lavari) & *Lotiones quae in Sunna praecipiuntur*, nec tam neceſſariae ac illae, quae triginta & novem ſunt. Has Perſice ex citato Libro non deſcribam, ut operae parcam, ſed Latine tantum. Requiritur itaque juxta Sunnam Lotio

1. die Veneris, qui Mohammedanorum Sabbathum eſt.

2. nocti-

ſunt, 1. intentio 2. abolitio ſordium ſi inveniantur 3. ut aqua contingat omnes corporis pilos & cutem totam exteriorem. Et requiſita (*i*) Sunnae quinque ſunt 1. formula بسم الله *in nomine Dei*, primo pronuncianda 2. lotio volarum manus antequam hydriae immittantur 3. luſtratio ante preces certis ritibus fieri ſolita وضو dicta 4. frictio cutis per manum & 5. continuatio ejus. (*k*) Propter ſex au-

2. noctibus imparibus menſis Ramadan, id eſt, prima, tertia, quinta, ſeptima, &c.

3. nocte feſti menſis Ramadan, عيد ماه رمضان.

4. die illius feſti.

5. die feſti oblationum عيد قربان.

6. in medio menſis Resjeb.

7. in

والذي يوجب الغسل ستة اشيا
ثلاثة

7. in medio menſis Schaaban.
8. die مبعث, qui eſt 27 menſis Resjeb.
9. die natali Mohammedis, i. e. 17 menſis Rebia prioris.
10. die مباهله i. e. 24 menſis Dilhazjae.
11. die 25 Dilkaadae.
12. die عيد غدير, i. e. 18 Dilhazjae.
13. die quo morantur in Arafat.
14. die ترويه, qui 8 eſt menſis Dilhazjae.
15. die 1 novi anni, روز نوروز.
16. quum aliquis vovit ſe profecturum eſſe Meccam religionis cauſa.
17. quum aliquis vovit ſe ibidem moraturum.
18. quum aliquis circumit Cabam, ſive aedem Templi Meccani.
19. quum aliquis viſitat ſepulcrum unius ex 14 *Imamis*.
20. quum aliquem peccati poenitet, & ſe convertit.
21. in ingreſſu Meccae.
22. in ingreſſu territorii Meccani حرم مكه.
23. in ingreſſu Medinae.

24. in

autem res necessaria est haec totius corporis lotio, quarum tres

H viris

24. in ingressu مسجد الحرام Templi celeberrimi Meccensis, in quo Caba est.
25. in ingressu Templi Medinensis.
26. in ingressu Cabae, كعبه خانه.
Caba est aedes in medio مسجد الحرام.
27. quum auxilium a Deo petimus ad rem bonam adipiscendam vel malam averruncandam.
28. infantis recens nati.
29. quum precamur ad impetrandam pluviam. Id Romani appellabant *Ambarvalia* facere.
30. quum quis preces in Eclipsibus faciendas sciens neglexit, si Eclipses fuerint totales.
31. quum quis alium invisit, qui per triduum ab aliorum hominum consortio separatus fuit.
32. quum quis cadaver tetigit postquam lotum est.
33. quum quis occidit lacertam وزغه چغزي چلپاسه.
34. quum quis Lotionem suam integram non perfecit sed antequam omnia ejus requisita absolvit, desiit.

35. quum

ثلاثة تشترك فيها الرجال والنسوة

وهي

35. quum quis in Lotione dubitat num aliquid ipſi de novo acciderit, ob quod lotio neceſſaria eſt.
36. quum Lapilli projiciuntur certo ritu in peregrinatione Meccana.
37. quum quis inſania laboravit.
38. quum quis Lipothymiâ.
39. quum quis ferale amiculum mortuo paravit.

In utroque MSto Amſtelodamenſi tantum 17 ex hiſce recenſentur. Verum hic Perſa accuratiſſimus eſt, & digniſſimus qui totus in ſermonem Latinum transferretur. Qui tamen hunc laborem noſtro hoc ſaeculo ſuſciperet, an conveniens operae pretium laturus eſſet, dubito. At in MSto Amſtelodamenſi video praeterea memorari inter alias Lotiones, غسل الكافر اذا اسلم *Lotionem, ſive baptiſmum infidelis, quum Mohammedanus fit.* Id convenit cum טבילת הגר, ſive *baptiſmo proſelyti*, apud Judaeos uſitato. Et meminiſſe illius noſter Perſa dici poteſt, *num.* 20. quem vide.

(*l*) *a circumciſione.*] Et mares & faeminae apud Mohammedanos circumciduntur. Faeminarum circumciſio, proprie بظرة dicta, conſiſtit in inciſione nymphae puellaris, (Arabice ذوي.)

Peragi-

viris & foeminis communes ſunt 1. mundities (*l*) a circumciſione 2. fluxus ſeminis 3. mors: Tres foeminis propriae 1. fluxus

 men-

Peragitur haec circumciſio muliebris ab muliere quae مبظرة ſolet appellari. Quod & AEgyptii ſolerent in faeminis nympham illam incidere Galenus tradit. *lib.* 15. *de uſ. part.* & Ambroſius *l.* II. *c.* II. *de Patr. Abrahamo*, his verbis: *Aegyptii quarto decimo anno circumcidunt mares; faeminae apud eos eodem anno circumciduntur. Quod eo ſcilicet anno incipiat flagrare paſſio virilis.* Mares autem circumciduntur, anno 13, 14, 15, vel 16. quum ingenio vires ſuas ſatis exerente profeſſionem fidei Mohammedicae debito modo facere queunt; nonnunquam ſexto vel ſeptimo, modo dicere queant, *Non eſt Deus, niſi Deus, & Mohammed eſt Propheta Dei:* non praeciſe anno 13. ut quidam ſcripſerunt, quod eo anno Iſmael; parens eorum, circumciſus ſit. Nam Mohammed, filius Sultani Morad III. decimo ſexto aetatis anno circumciſus eſt, alii alio. Jam ante tempora Mohammedis Iſmaëlitas circumciſionem obſervaſſe his verbis teſtatur Origenes in *Philocalia c.* XXIII. *p* 77. Ἰσμαηλίτας τοὺς κατ᾽ Ἀραβίαν πάντας περιτέμνεσθαι τρισκαιδεκατεῖς, *Iſmaëlitas, qui Arabiam incolunt omnes circumcidi decimo tertio aetatis anno.* Quin & apud Colchos, Aegyptios, Aethiopes, Phoenices, Syros, & Palaeſtinos circumciſionem olim uſitatam tradit Herodotus, *lib.* II.

(*m*) *puer-*

وهي النقا الختانين وادزل المني والموت

وثلاثة تختص بهــا النسا وهي

الحيض والنفاس والولادة ۞ فصل ۞

واركان الوضو ستة النية وغسل

جميع الوجه وغسل الذراعين مع

المرفقين ومسح بعض الــراس

وغسل الرجلين مــع الكعبين

والترتيب وسننه عشر خصال التسمية

وغسل الكفين قبل ادخالهما في

الاذا

(*m*) *puerpera.*] نفاس ita defcribitur in MSto *Kitab Alkensj.* دم يعقب الولد *Sanguis qui poft editum infantem venit*, & cujus fluxus durat eodem auctore 40 dies, ad fummum.

(*n*) *inftituta divina.*] Non eft dubium, nam haec

menſtruorum, 2. fluxus ſanguinis in (*m*) puerpera poſt partum, 3. partus ipſe.

De Luſtratione dicta وضو Wodou.

Fundamenta i. e. (*n*) inſtituta Divina, Luſtrationis وضو ſex ſunt 1. intentio 2. lotio totius faciei 3. lotio brachiorum cum cubitis 4. frictio quarundam partium capitis 5. ablutio pedum cum talis 6. ordinis praeſcripti obſervatio. Et inſtituta Sunnae circa Luſtrationem *Wodou* decem ſunt 1. Formula بسم الله *in nomine Dei*, praemittenda 2. lotio

haec ſex eo ordine praecipiuntur in Alcorano, *Surat.* V. *v.* 8.

(*o*) *la-*

الاذا والمضمضة والاستنشاق واستيعاب
الراس بالمسح الاذنين وتخليل
اللحية الكثة وتخليـــل اصابع
الرجليين وتقديم اليمني على
اليسري والتكرار ثلثا والموالات
والذي يوجب الوضو خمسة اشيا
ما خرج من السبيلين الا المني
والنوم مستثقل والغلبة على العقل
بسكر او جنون او مرض والمس
الرجل الامراة الاجنبية من غير
حايل ومس الفرج بباطن الكف
☼ فصل ☼ واما الاستنجا مـــن
البول والغايط واجـــب ويستحب
بيسري

volarum manus antequam hydriae immittantur, 3. oris collutio. 4. attractio aquae per nares. 5. frictio totius capitis & aurium. 6. discriminatio barbae spissae. 7. discretio digitorum pedis. 8. quod dextrae lotio praecedere sinistram debeat (non manus tantum sed pedis) 9. terna repetitio 10. continuatio horum actuum non interrupta. Quae vero necessariam reddunt hanc Lustrationem, quinque sunt 1. quum quid per alterutram naturae viam excretum est, excepto semine. 2. somnus profundus. 3. defectus intellectus sive ex ebrietate sive insania sive morbo. 4. quum vir mulierem pollutam tangit, non interjecto velo. 5. quum quis manu pu-

بيسري او بالحجار ثم يتبعه
بالما وصح الاستنجا بازالة اللون
والرايح والطعم ۞ فصل ۞ وفرايضة
التيمم اربع خصال نية ومسح
الوجه ومسح اليدين الى المرفقين
والترتيب وسننه ثلثة خصال
التسمية وتقديم اليمنى على اليسري
والموالات ۞ باب الصلوة ۞ واركان
الصلوة

(*o*) *lapillo.*] Solebant & veteres Graeci & Romani lapillis ſe abſtergere. Hinc jocus ille apud Ariſtophanem in Pluto :

Οὐ λίθοις ἀλλὰ σκορόδοις ἀποψώμεθα.

Vide quae in hanc rem collegit S. Florens Chriſtianus ad Veſpas Ariſtophan. pag. 473.

(*p*) *aqua.*] Propterea videtur mihi Latrina Arabice بيت ما & Perſice اب خانه i. e. *domus aquae* dici , fere uti Latrina quibusdam quaſi Lavatrina dicta eſt. Ditiores & in re lauta conſtituti ſemper aquae copiam prope Latrinam praeſto habent , pauperes lagenam aqua repletam ſecum

pudenda tetigit. Ceterum mundatio pudendorum, poſtquam naturae ſatis factum eſt, neceſſaria eſt, & praeſtat ut fiat manu ſiniſtra vel (*o*) lapillo, & dein admoveatur (*p*) aqua: & tunc demum perfecta cenſeri debet, quum omnis odor & color foedus ablatus eſt.

I *De*

ſecum latrinae inferunt, ut hunc ritum peragant. Keſſaeus in Hiſtor. Saera MSta Adamum & Evam, humani generis parentes, hunc ritum ab Angelo edoctos narrat ثم امرهم بالاستنجا بالمدر ثم بالما وعلمهما الوضو *Deinde docuit eos Angelus purgationem pudendorum peragere gleba admota, deinde aqua & docuit eos luſtrationem Wodou, &c.* Ibn Mohammed Abdalla, Ibn Abi Zeid in Syſtemate Theol. MS. Religionis Mohammedicae, purgationem pudendorum, quae lapillo aut uno vel tribus, fit appellat الاستجمار.

(*q*) *are-*

الصلوة ثلثة عشر النية والتكبير
وقوله الله اكبر وقيام وقرا
الفاتحة والركوع والاعتدال والسجود
والقعود والقعود الاخير والتشهد
الاخير وقوله وترتيب وسنة الأذان
والاقامة والتشهد الاول والقنوت
وشرايط

(*q*) *arenaria.*] Arena nunquam legitime adhibetur, niſi in defectu aquae. Et per arenam non debet intelligi arena ſtricte dicta, verum ما
كان من جنس الارض كالتراب
والرمل والنورة والجص والكحل
والزرنيخ والحجر ولو بلا نقع
Omnis ſpecies terrae, uti pulvis, arena, flos, crocus, collyrium, auripigmentum, aut lapillus, etiamſi nihil pulveris adhaereat. Sunt verba *Ibrahim Ibn Mohammed*, in *Syſtem. Theolog. MS. pag. m.* 9. ubi & aliorum Doctorum ſententias exhibet. Sunt enim qui nihil huic ritui aptum putant, niſi cui aliquid pulveris adhaereat. Ibn Joſeph & alii ſola arena & pulvere recte hunc actum peragi exiſtimant.

De purgatione (q) arenaria.

Inſtituta Divina circa purgationem,quae arenâ fit, (*r*) quatuor ſunt 1. intentio 2. frictio faciei 3. & manuum uſque ad cubitos 4. & hujus ordinis obſervatio. Inſtituta Sunnae autem tria 1. formula *in nomine Dei.* 2. quod dextra ſiniſtram praecedat 3. non interrupta horum actuum continuatio.

mant. Perſae vulgo utuntur, voce خاك *pulveris* in hoc argumento. Ita in جامع اباسي Perſico : غسل بخاك تيمم است *Luſtratio quae pulvere fit, appellatur* تيمم. Judaei lotionem manuum, deficiente aqua, pulvere fieri poſſe ſimiliter ſtatuunt. In *Gem. Beracoth* מי שאין לו מים לרחוץ ידיו בעפר ובצרור ובקסמיה *Cui deficiunt aquae ad lavandas manus, utatur pulvere, faſciculo vel feſtucis.* Legimus

وشرايط الصلوة قبل الدخول فيها خمس طهارة الاعضا من الحدث والنجس

gimus & apud *Cedrenum*, *p.* 206. Judaeum quendam in ſyrtibus Africae animam agentem a Chriſtianis arena, defectu aquae, fuiſſe baptizatum. Revera arena nonniſi craſſior liquor eſt.

(*r*) *quatuor.*] Codex MStus major Bibliothecae Amſtelodamenſis octo numerat فروض ſive neceſſario obſervanda, in hac Luſtratione arenaria, hoc ordine السفر وعدم الما بعد طلبه ودخول وقت الصلوة والتراب الطاهر والنية وضربة اليد مع المرفقين والترتيب 1. *iter.* i. e. debet aliquis n itinere verſari. 2. *defectus aquae poſtquam quaeſita eſt*, i. e. prius ſtudioſe debet inquiri an non aqua poſſit inveniri : ſi non inveniatur, tunc demum legitimum eſt arena uti. 3. *adeſſe debet tempus ſtatum precum.* 4. *arena munda.* 5. *intentio animi.* 6. *debet ea admoveri faciei & haec ea fricari.* 7. *dein manus cum cubitis.* 8. *continuatio non interrupta horum actuum.*

(*s*) *precandi.*] Multi ſunt Mohammedanorum Theologi in his ritibus deſcribendis ; e quibus plurima poſſent a nobis hauriri ad illuſtrationem hujus argumenti. Verum quandoquidem fuſe hoc tracta-

DE PRECIBUS.

Fundamenta ſive inſtituta Divina, quibus nititur ritus (*s*) precandi, tredecim ſint 1. intentio 2. μεγαλύνισμὸς, & 3. formula ejus, *Deus magnus eſt.* 4. ſurrectio. 5. lectio Capitis primi Alcorani. 6. incurvatio corporis. 7. (*t*) ere-

tractarunt *Cl. Hottingerus Tom.* VII. *Hiſtor. Eccleſiaſt. a pag.* 470. *ad* 529. adeoque fere per ſexaginta paginas, & *A. Bobovius* in *Liturg. Turcicâ*, a *Cl. Hyde* edita poſt Itinerarium *R. Peritzol*, *pag.* 1. *& ſeqq.* iſti labori ſuperſedebimus, & ſi quis lectorum mentem noſtram non ſatis adſequatur, eo ſe conferat, ut clarius illam percipiat. Nos breves eſſe ſtuduimus.

(*t*) *erectio.*] Id eſt, poſtquam corpus incurvavit, iterum erigit, & in illa erectione hac formula utitur, *Deus exaudit eum qui illum laudat. Cl. Hottingerus* hanc vocem non intellexit, eam vertens l. c. pag, 522. *Temperamentum & aequalis diſpoſitio vel* τὸ πρέπον καὶ τὰ καθήκοντα, quae longe abeunt a vero ſenſu. Genuina ſignificatio tum hujus vocis tum aliarum, quibus utuntur Theologi Arabes, ex ipſis debet hauriri, & videri, quo modo eas explicent: nam Lexica edita ſi ſequamur, ſaepiſſime errabimus.

والنجس وستر العورة بلباس طاهر والوقوف على مكان طاهر والعلم بدخول

(*v*) *ſeſſio.*] Illa jubetur interponi, ut eo melius quis de myſteriis ſui cultus poſſit meditari.

(*x*) *ſeſſio poſterior.*] Alii inter duas ſeſſiones interponunt quoque سجود *adorationem*, i. e. προσκύνησιν, quae fit fronte terrae admota.

(*y*) *confeſſio poſterior.*] Ea concipitur his verbis : *Teſtor Mohammedem eſſe Legatum Dei.*

(*z*) *promulgatio prior.*] Modum hujus indictionis اذان ita tradit *Abu Mohammed Abdalla Ibn Abi Zeid* in MS. ſuo Syſtemate Theol. والاذان الله اكبر الله اكبر اشهد ان لا اله الا الله اشهد ان لا اله الا الله اشهد ان محمد رسول الله اشهد ان محمد رسول الله ثم ترجع بارفع بصوتك اول مرة فتكرر التشهد فتقول اشهد ان لا اله الا الله اشهد ان لا اله الا الله اشهد

ctio 8. προσκύνησις ſive prona adoratio 9. (v) ſeſſio 10. (x) ſeſſio poſterior 11. (y) Confeſſio poſterior 12. & formula ejus 13. actuum horum ordo ita obſervandus. Inſtituta autem Sunnae ſunt 1. (z) Promulgatio temporis precum

اشهد ان محمد رسول الله اشهد
ان محمد رسول الله حي على
الصلاة حي على الصلاة حي على
الفلاح حي على الفلاح فان كنت
في ندا الصبح زدت هاهنا الصلاة
خير من النوم الصلاة خير من النوم

Formula اذان haec eſt: *Deus eſt excelſus, Deus eſt excelſus. Teſtor non eſſe Deum praeter Deum*, bis. *Teſtor Mohammedem eſſe Legatum Dei*, bis. Dein elata voce ſemel hanc Confeſſionem exclamabis, *Teſtor non eſſe Deum praeter Deum, Teſtor non eſſe Deum praeter Deum. Teſtor Mohammedem eſſe Legatum Dei. Teſtor Mohammedem eſſe*

دين خول الوقت واستقبال القبلة والصلوات المفراوضات خمس الظهر وهي

esse Legatum Dei. Ad preces. Ad preces. Ad successum prosperum. Ad successum prosperum. Quod si sit convocatio matutina, addes. *Preces praestant somno : preces praestant somno.*

(*a*) *promulgatio posterior.*] الاقامة (quod in LexicisGiggaei & Golii *constitutio precum* transfertur, quod non intelligo) est formula a praecone post اذان recitanda & ita describitur ab eodem. وهي الله اكبر الله اكبر اشهد ان لا اله الا الله اشهد ان محمد رسول الله حي على الصلاه حي على فلاح قد قامت الصلاة الله اكبر لا اله الا الله

Haec est , *Deus Excelsus est , Deus excelsus est. Testor non esse Deum praeter Deum. Testor Mohammedem esse Legatum Dei. Ad preces. Ad successum prosperum. Preces jam jam peragentur. Deus excelsus est. Deus excelsus est. Ibrahim Ibn Mohammed*, Halebiensis , scribit, *fol.* 9. *col.* 2. Systematis

cum prior اذان dicta 2. (*a*) promulgatio posterior اقامه dicta 3. (*b*) confessio prior. 4. certa (*c*) formula precum ita dicta. Ea quae requiruntur ante preces quinque sunt 1. puritas membrorum a pollutione alvi, &c. aliisve sordibus. 2. velatio corporis amictu puro. 3. consistentia in loco puro. 4. notitia temporis stati.

K

matis sui, MS. quum موذن sive *praeco*, ille pervenit ad voces قد قامت الصلوة (quas transfero, *jam incipiunt peragi preces*, vel *jam jam instat tempus precum*, unde tota haec formula اقامة dicitur) tunc coetum, in Templo congregatum, surgere, & festinare ad preces peragendas.

(*b*) *confessio prior.*] Constat his verbis: *Testor non esse Deum praeter Deum.* Mohammed sigillo suo utramque Confessionem insculptam habebat.

(*c*) *formula.*] Vide illam apud Cl. *Hottinger. l. c. p.* 504.

(*d*) *quinæ*

وهي اربع ركعات والعصر كذلك والمغرب وهي ثلث ركعات والعشا اربع ركعات والصبح ركعتان

باب

(*d*) *quinque.*] Hae ſunt فرض ſive inſtituti Divini. Sunt & quinque ex Sunna obſervandae, quas ex MSto Hiſpanico ita damus. *Los Aſſunados ſon* I. *el Aſſala* (الصلوة *preces*) *de Paſcua de Ramadan*, II. *el Aſſala de Paſcua de las Addhahas* (الضحا) III. *el Aſſala del clipſe del ſol*, IV. *el Aſſala de rogar por aqua*, V. *el Aſſala de la Alyannaza* (الجنازة) quae funduntur, quum aliquis ſepelitur. Debentur & Sunnae, uti Abu Schosjain Ahmed Ibn Alhaſen ſcribit, preces diei Veneris صلوة الجماعة. Hic dies eorum Sabbathum eſt, & a Deo inſtitutus & datus Adamo, quod eo Die Angeli Adamum juſſu Dei adoraſſent. Sic Keſſaeus فجعل الله ذلك اليوم عيدا لادم واولاده الي يوم القيامة *Et fecit Deus illum diem feſtum,*

Adamo

ſtati. 5. converſio faciei ad Kiblam, ſive Templum Meccanum. Preces autem neceſſariae quotidie (*d*) quinque ſunt. 1. meridianae, quae poſcunt quatuor (*e*) incurvationes corporis. 2. pomeridianae, quae totidem requirunt. 3. veſpertinae, quae tres poſtu-

 lant.

Adamo & poſteris ejus uſque ad diem reſurrectionis.

(*e*) *incurvationes.*] His ordinariis religioſiores alias addunt. *Ibn Hozji Alhammovi* in elegantiſſimo opere, cui titulus شرح البديعية pag. m. 123. hanc traditionem Mohammedanorum exhibet ما من عبد مسلم يصلي كل يوم ثنتي عشرة ركعة من غير الفرايض الا بنى الله له بيتا في الجنة *Nullus eſt ex Muſulmannis, qui quotidie duodecim γονυκλισίας ſacras peragat, exceptis iis, quae Lege definitae ſunt, cui Deus in Paradiſo coeleſti domum non exſtruxerit.*

(*f*) *Eke-*

۞ باب الزكوة ۞ وتجب الزكوة في خمسة اشيا المواشي والاثمان

(*f*) *Eleemosynae.*] Multi sunt in commendatione eleemosynarum Mohammedani, quod notum est. In Persico meo جامع اباسي seu *Pandectis* Juris Sacri & Civilis, jussu Regis Persarum *Abbas* collectis, duo dicta رسالت پناه id est, *Mohammedis*, in hanc rem afferuntur, زكوه اموالكم تقبل صلواتكم *Eleemosynae opum vestrarum sunt acceptio precum vestrarum*, i. e. uti Persa id ibidem explicat, date eleemosynas ex opibus vestris, ut preces vestrae Deo gratae sint. Et مانع الزكوه في النار *Qui prohibet eleemosynas, in ignem* sc. inferni conjicietur. Porro & in حديث *Traditionibus* hoc extare scribit كه هر شخصي كه زكوه مال خود نميدهد خداي تعلى در روز قيامت مارا فعى بزرو ميكمارد كه دست اورا بگزد وطوق

lant. 4. nocturnae, quae quatuor. 5. matutinae duas (atque ita univerſim ſeptemdecim.)

DE ELEEMOSYNIS.

(*f*) Eleemoſynae autem dari

وطوق كردن او باشد وهر شتر
وكاو وكوسفند كه زكواتش
را ندادة باشند فشخصي را دو
زير دست وپاي خود ميكيرند
وشاخ دار او را شاخ ميزنند تا
وقتي كه حساب خلايق باخر
رسد

Deum O. M. immiſſurum eſſe die noviſſimo anguem illi homini qui ex opibus ſuis eleemoſynam non dedit, anguemque iſtum morſurum ejus manum, quod pati debebit: & camelos & tauros & oves, e quibus eleemoſyna data non eſt, poſſeſſores ſuos tota vi pedum ſuorum contrituros. Quae autem animalia ex iis armata cornibus exiſtunt, his quoque illos excipient, uſque ad illud tempus, quo exacta erit ratio a creaturis reddenda.

والاثمان والزروع والثمار والعروض
التجارة فاما الموشي فتجب
الزكوة فيها في ثلثة اجناس منها
وشرايط الوجوب الزكوة فيها وهي
الابل والبقر والغنم وشرايط الوجوب
فيها ست خصال الاسلام والحرية
والملك التام والنصاب والحول
والسوم واما الاثمان فشيان الذهب
والفضة وشرايط وجوب الزكوة فيها
خمس

(g) *quinque.*] Alii aliter enumerant. Sed res eodem redit. In جامع اداسي novem esse dicuntur طلا وذفرة وكنايم وجو وخرما

debent ex (*g*) quinque rerum generibus, 1. pecoribus, 2. pecunia, 3. frugibus ſatis 4. plantis, & 5. mercibus quae venduntur. Tres autem ſunt ſpecies pecorum e quibus neceſſarium eſt eleemoſynas dare, cameli, boves, & oves. Quod ut legitime fiat, ſex requiruntur, 1. ut ille, qui eleemoſynas ex iis daturus eſt, addictus ſit religioni Mohammedicae, 3. liber, & 3. perfecte ejus rei (*h*) dominus, dein 4 tam

وخرما ومویز وشتر وگاو وگوسفند *Aurum, argentum, triticum, hordeum, dactyli, uvae paſſae, cameli, boves & oves.*

(*h*) *dominus.*] Omnis eleemoſyna debet eſſe libera a debito: qui enim alicui debet, non dat de ſuo, nec vere dat; quoniam id quod ad alios pertinet a nullo dari poteſt.

(*i*) *ex-*

خمس الاسلام والحرية والملك التام
والنصاب والحول واما الزروع فتجب
الزكوة فيها بثلث شرايط ان
يكون مما يزرعه الادميون وان
يكون قوتا مدخرا وان يكون
نصابا

(*i*) *excreviſſe ad certam quantitatem.*] Ut ea intelligas Lector, ad haec attende. Sint e. g. alicui *viginti denarii* عشرين دينارا (ita *Abdalla Ibn Abi Zeid*) monetae aureae (eſt hoc genus ponderis quod in *Pandectis Abbaſicis* appellatur مثقال شرع) nec deſint aliae conditiones requiſitae (uti e. g. ſit liber, &c.) tenetur ex viginti dare dimidium unius مثقال vel denarii, id eſt, ex quadraginta unum. Sic argenti quantitas,ad quam excreſcere debet antequam ex eo aliquid neceſſe ſit dare in eleemoſynam,ſunt 200 drachmae. Qui 100 vel 150, imo 199 habet, non tenetur ad زكوة eleemoſynam, at ſi 200 habeat, dare debet ex iis quinque; atque ita in aliis. Haec ex Perſico

debet illa res (*i*) excreviſſe ad certam quantitatem, 5. & (*k*) per annum circiter in ipſius poteſtate fuiſſe, denique 6. debent animalia illa ab ipſo aut (*l*) paſta aut paſtum eſſe miſſa. Ex pecunia dantur eleemoſynae duplici materie, auro & argento, & ad has rite erogandas, quinque conditiones priores ex iis quas mox recenſuimus requiruntur, 1. ut aliquis Moſlimannus ſit,

L 11. li-

Perſico meo جامع اباسی. Ex utenſilibus aureis & argenteis nulla datur eleemoſyna.

(*k*) *per annum.*] Id eſt, e. g. ſi per undecim menſes pecuniam aliquis jure poſſederit, nec interea temporis aliis locaverit, tenetur in initio menſis duodecimi inde definitam legibus eleemoſynam dare. *Ex eodem.*

(*l*) *paſta.*] Sc. non datur eleemoſyna ex animalibus quae agro colendo aut oneribus ferendis deſtinata ſunt, ſed de iis quae libere paſtum eunt & ipſius poſſeſſoris ſumtu paſcuntur. *Ex eodem.*

(*m*) *finito*

زصاعا واما الثمار فتجب الزكوة
فيها بشيان منهما بثمره النخل
وثمره الكرم وشرايط وجوب
الزكوة فيها اربعة اشيا الاسلام
والحرية

(*m*) *finito jejunio.*] Ita intellige, ſive quis jejunaverit menſe Ramadan ſive non, modo tempus ſoluti jejunii adſit, tenetur omnis qui mentis compos & puber eſt, eleemoſynam hanc quotannis dare, quae زكوة الفطر appellatur, eſtque ديكى صاع *unum Sea*, pro uno homine. Si itaque ſolus ſit, unum Sea ſolvit, ſi pater familias pro uno quoque, qui pars familiae ejus eſt, itidem unum Sea. Eleemoſyna haec ſolvi poteſt hordeo, tritico, dactylis, oryza, uvis paſſis, كشك, genere cibi qui ex lacte paratur, vel alia quacunque re, quae plurimum in illa domo comeditur. Haec ex جامع اداسي. Abdalla Ibn Abi Zeid ſcribit hanc eleemoſynam pro ſervo aeque ac libero, infante & adulto, faemina & mare ſolvi debere. Non ita ſe res habet in زكوة المال quae quae prius memorata eſt.

(*n*) *Ramadani erogatur.*] Praeter hoc jejunium anni-

11. liber, &c. Ex ſatis autem ut dentur eleemoſynae, requiruntur tria, 1. ut ſit aliquid ſatum, quod ſeri ſolet ab hominibus (non ſponte natum) 2. in horreis reconditum, & 3. ad juſtam quantitatem excreverit. Ex plantis dantur eleemoſynae, in duabus ſpeciebus, palmis & vitibus, & ut rite id fiat quatuor priores ex ſex ante memoratis conditionibus requiruntur. Ex mercibus vero dantur eleemoſynae juxta eaſdem conditiones, quas in eleemoſyna pecuniaria requiri diximus. Ceterum fundamentum ſive inſtitutum divinum circa eleemoſynam, tum illam quae reſpectu opum ipſarum, tum quae reſpectu capitum (*m*) finito jejunio (*n*) Ra-

والحريه والملك التام والنصاب واما
عروض التجاره فتجب الزكوه
فيها بالشرايط المذكوره في الاثمان
وركن زكوة المال وزكوة
الفطرة النية وهي ان ينوي بقلبه
دون اخراج الزكوة المال او
زكوة الفطرة فرضا ادا لله تع
۞ باب الصيام ۞ وشرايط وجوب
الصيام ثلثة اشيا الاسلام والبلوغ
والعقل وفرايض الصوم خمس
خصال

anniverſarium Sunna alia praecipit, maxime menſe رجب. In Perſico مصابيح القلوب *Cap.* 36. traditio ex ore Mohammedis profertur, qua unicuique qui unum, vel duos, uſque ad decem, dies illo menſe jejunat praemia promittuntur, e. g. qui 7 dies jejunat, clauduntur ei 7 portae Gehennae, qui 8; aperiuntur ei 8 portae coeli;

madani erogatur, duplex eſt. Intentio, qua quis animo ſuo conſtituit eleemoſynam hanc vel illam erogare, uti rem debitam; & ipſa erogatio.

DE JEJUNIIS.

Ea quae requiruntur ad legitimum jejunium tria ſunt, ut quis 1. Moſlimannus ſive Mohammedanus ſit 2. puber, & 3. mentis compos. Inſtituta autem Divina in jejunio obſervanda quinque ſunt, 1. intentio animi. 2. (o) abſti-

coeli: qui 6, peccata 60 annorum ei remittuntur, &c. Eodem libro, cap. ſequenti, favor Dei die ultimo promittitur ei, qui unum modo diem menſe Schaban jejunavit, &c. Habent itaque jejunia trium menſium *Ramadan*, *Resjeb*, & *Schaban* privilegia ſingularia.

(o) *abſtinentia.*] Sc. interdiu & adeo ſtricte, ut ne reliquias quidem ciborum dentibus adhaerentes manducare, vel oſculari faeminam conceſſum ſit. Ita auctor كتاب الاكثر.

(p) *Meg-*

خصال النية والامساك عن الاكل والشرب والجماع وتعمد القي والذي يفطر به الصيام عشرة اشيا ما وصل عمدا الى الجوف والراس والحقنة من احد السبيلين والقي عامدا والوطي في الفرج والانزال عن المباشرة والحيض والنفاس والجنون والردة ☼ باب الحج ☼ واركان

(*p*) *Meccana.*] Urbis Meccae deſcriptionem ex *Scherif Alidris* dedit *Cl. Pocockius* in *Specimine Hiſtoriae Arabum*, quo nemo carere poteſt, cui literae Arabicae in deliciis ſunt, *pag.* 122. In ea *Caba* eſt, quam viſitant, aedes longa 24, lata 23, cubitos, quae ambitur Periſtylio habente 448 columnas, & 28 portas, quod noctu lampadibus illuſtratur. Ratio cur eam venerentur eſt, praeter expreſſum Mohammedis mandatum, quod eam ab Adamo conditam eo in loco, & dein diluvio ſubrutam ab Abrahamo & Iſmaële reſtitutam credant. De ritibus hujus peregrinationis ſolennis multi egerunt, & inter alios ſatis accurate Albertus Bobovius in *Tractat. de Turcarum liturgia*, *pag.* 11. & exploſa dudum fabula eſt, quaſi viſitatum ſepulcrum

ſtinentia a cibo , & 3. potu, & 4. concubitu, & 5. intentione vomendi. Quae autem irritum faciunt jejunium , decem res ſunt 1. quum aliquid cum intentione in ventrem vel caput ingreditur. 2. & 3. clyſter poſteriori, vel ſimile quid anteriori parti applicitum. 4. vomitus cum intentione. 5. concubitus. 6. ſeminis emiſſio ex contactu. 7. menſtrua. 8. fluxus ſanguinis poſt partum. 9. dementia. 10. apoſtaſia.

DE PEREGRINATIONE (p) MECCANA.

Inſtituta Divina hujus ritus quinque

pulcrum Mohammedis eo contenderent. Is enim Medinae ſepultus eſt. Lubet hic laterculum adſcribere dierum, in quos ea feſtivitas incidit.

Menſis ذي الحجة *Dilhazjae*, quaſi menſem peregrinationis dicas

dies VII.

وارکان الحج خمسة الاحرام وهي
النية نويت ان احج واحرمت به
لله

dies VII.

VII. Hoc die concio habetur & docetur ritus facrificandi.

VIII. Appellatur يوم الترويه *dies potationis*, quo ex puteo Meccano, dicto *Zemzem*, زمزم bibunt. Poftea tendunt in vallem منى *Mina*, & ibi morantur ufque ad orationem matutinam diei *Arafat*, qui fequitur.

IX. يوم عرفه dies, quo morantur & precantur in *Arafat*, monte prope Meccam. Poft folis occafum montem *Arafat* relinquunt & *Mozdalifam*, inter *Arafat* & vallem *Mina*, tendunt, & ibi orant.

X. يوم القربان vel عيد اضحى *dies facrificiorum*, maxime feftus, qui, Turcis appellatur primus τῶ بيرام *Beiram*, quo fummo mane projectis in valle

que ſunt 1. Intentio qua quis animo ſuo conſtituit peregrinari Meccam & ſe ad id religioſe Deo obſtringit. 2. Permanſio in monte (q) Arafat 3. (r) raſio ſive tonſio in منى *Mina*. 4. (s) circumitio Templi

M Mec-

valle Mina lapillis, ſolent ovem vel oves mactare,& parte, pauperibus data, reliquum cum amicis comedere.

XI. يوم القر dies quietis, quo vel in valle *Mina*, prope Meccam ubi ſacrificia agere conſueverunt, vel in manſionibus ſuis quieſcunt.

XII. يوم النفر dies, quo ex *Mina* diſcedunt.

(q) *Arafat.*] Nulli محرم i. e. religioſo peregrinatori licet Meccam ingredi, niſi prius hic fuerit commoratus. Quare hoc loco omnes Caravanae, ſive ſocietates peregrinantium, quae ex Europa,Africa,Aſia proficiſcuntur, ſe praeſtolantur: & unaquaeque hic regionem occupat ſibi deſtinatam. Hic induunt veſtem ſacram احرام dictam, & ſe lavant.

(r) *raſio.*]

لله ذبح والوقوف بعرفة والحلق او
القصـــر بمني والطواف بالكعبة
والسعي بين الصفا والمروة ۞

(*r*) *rasio.*] Mulieres se non radunt, licet & illis incumbat haec peregrinatio, nec victimas mactant.

(*s*) *circumitio.*] Quum Meccam ingrediuntur, recta ad Templum tendunt, & id septies circumeunt. Tres priores circuitus concitato passu & agitatis humeris peragunt, ut se alacres futuros ostendant in certamine cum iis, qui plures Deos colunt, quos inter & nos locant.

(*t*) *Safam & Mervam.*] Montes Meccae vicinos, ubi preces ad Deum fundere solent. Septies autem inter utrumque currunt, progredientes a Safa ad Mervam. Spatium inter utrumque montem, vel saxum, est 780 cubitorum.

De hoc autem ritu, uti & de aliis, quos Lex Mohammedica praecipit, observandum est ipsos Mohammedanos fateri, plurimos ex iis, uti profectionem religiosam ad Cabam, circumitionem ejus septies repetitam, cursum inter Safam & Mervam, lapillorum conjectionem, circumcisionem, jejunia & lotiones, ante Mohammedem apud Arabes in usu fuisse, sed a Mohammede confirmatos esse & nonnihil mutatos: quod *Cl. Pocockius* in *Specimine Historiae Arabum*, *pag.* 305. *& seqq.* demonstratum dedit. Porro fateri eos, maximam partem horum rituum, si quis lumen naturale &

ratio-

Meccani 5. & curſus inter (t) Saſam & Mervam.

F I N I S.

rationem ſuam conſulat, nec ſuaderi ab iis nec probari, ſed ſolo niti arbitrario praecepto Dei, quod per alios Prophetas antea datum, ſed pravis hominum moribus, & longo temporis intervallo, neglectum, denuo per Mohammedem orbi patefactum eſt: & Deum talia praecipere voluiſſe, quae ratio humana aſſequi non poſſet, quid ſibi vellent, aut cur ea Deus juſſiſſet, ut homines diſcerent Deo in omnibus obſequi, non quia id ipſi juſtum eſſe & Deo conveniens intelligerent, ſed propterea ſolum, quia Deus id mandavit. At praeſtat ipſum audire Algazalium, cujus verba Latine dedit *Cl. Pocockius*, *lib. cit. pag.* 313. "Quod ad diſcurſum „illum repetitum, & jactum lapillorum,& reliquas „hujusmodi actiones, nihil haec ad animum homi-„nis, nec conſentanea naturae; nec eſt intellectui „quo ad inquirendum quid haec ſibi velint, diriga-„tur,nec quod quempiam ad ea amplectenda inci-„tet,verum mandato ſimplici conſtant,& intentione „merâ obſequendi mandato,quatenus mandatum eſt „cui neceſſario parendum ſit, & cui ſe immiſcere, „intellectui non ſit conceſſum, & a cujus uſu fa-„miliari alieniores ſint natura & animus. Cum enim „percipit intellectus rei alicujus ſcopum, fit aliquo „modo natura ad eam propenſior, quae propenſio „ſuppetias fert mandato,unaque cum eo intellectum „adoritur,adeo ut non appareat in eo plena ſervitus

„ & obedientia." Attamen *Abu Sjafar Ibn Tophail*, praeceptor magni Maimonidae in vita *Hai Ibn Jokdan* (quem librum Arabice & Latine edidit *Ed. Pocockius A. L. M.* & diverſus ab illo *Pocockio*, qui *Specimen Hiſtoriae Arabum*, *Abulfarazji Dynaſtias*, *Portam Moſis*, & *Carmen Tograi edidit.*) colorem aliquem quaerit his ceremoniis ex lumine rationis, quum Philoſophum ſuum αὐτοδίδακτον ſcribit obſervaſſe; magnam perfectionem ſibi acceſſuram, ſi ſe componere poſſet ad ſimilitudinem corporum coeleſtium: & omni ope id egiſſe, ut hoc, quantum pote, praeſtaret. Quare, quum puriſſima illa, & ab omnibus ſordibus libera, conſpiceret, etiam ſe frequenter laviſſe: unde deducit Luſtrationum Mohammedicarum aequitatem, ipſa natura duce firmatam. Quumque ea corpora in orbem agi quotidie cerneret, etiam hoc imitatum eſſe, & modo arbores quasdam, modo totam inſulam circumiviſſe; unde juſtiſſimam eſſe Cabae circumitionem tacite videtur innuere.

F I N I S.

DE RELIGIONE MOHAMMEDICA

LIBER II.

agens de nonnullis, quae falſo Mohammedanis tribuuntur.



§. I. AB illo tempore, quo doctrina Mohammedica universum fere terrarum orbem labe quadam ac contagione infecit, multi fuerunt qui crescenti malo se opponere, & confutare pessimam Religionem aggressi sunt. Quae res, uti summe erat necessaria, ne error totius Christianismi fundamenta subvertens, animos hominum imperitorum occuparet, quales in Asia tempore exorti Mohammedis fuerunt plurimi, ita non minoris erat difficultatis. Etenim requirebatur exacta cognitio Linguae Arabicae, qua sua sacra tradiderat Impostor, & sine cujus ope ad mysteria Mohammedica vix datur aditus. Maxima tamen pars eorum, qui in hoc argumento versati sunt, nulla plane cognitione literarum Arabicarum imbuti ad oppugnationem Mohammedanorum accesse-

acceſſere. Unde multa ſcripſerunt certiſſima fide credi, & affirmari a Mohammedanis, quae nunquam iis in mentem venerunt, & nullus niſi excors atque omni ratione deſtitutus pro ſuis agnoſcat. Adde quod zelus imprudens Graeculorum multa iis adſcripſerit, quae ipſi execrantur Mohammedani; ut fere fieri ſolet, quum maligni homines adverſarum partium ſententiam explicant. Quare propoſitum nobis eſt, dogmata quaedam, perperam attributa Mohammedanis, examini ſubjicere, & erroris fontem aliquando indicare, ne mendaciis paſcantur illi, qui fidem adhibent omnibus iis quae vulgo de Mohammedanis traduntur.

§. II. *Num Mohammedani credant unumquemque in ſua religione poſſe ſervari.*

II. Primo loco notandus eſt gravis error illorum qui ſcribunt; Mohammedanos affirmare, unumquemque hominem, modo pie vivat, in ſua religione poſſe ſervari & pervenire ad ſalutem aeternam. Id tamen legitur in

Cri-

Cribratione Alcorani conſcripta a *Nicolao de Cuſa*, Cardinali lib. III. cap. 2. *Summa Controv.* Hoornbeek. pag. 188. Apud Voetium in *Diſput. Theol. part.* 2. p. 665. Maccovium in *Theol. Polem.* p. 117. Flockenium in *Catal. haeres.* Hornium in *Hiſtor. Eccleſiaſt.* Vigenerium in *Notis Gallicis ad Hiſtoriam Byzantinam* Leonici *Chalcondylae, p.* 505. Quibus addi poſſunt, *Artus Thomas*, qui in *Triumpho Crucis*, *pag.* 24. haec habet. *La quarante ſixiéme erreur de Mahomet, eſt l'indifference des religions, qu'il publie en divers endroits, moyennant qu'on ſoit de bonne vie.* Bellarminus in *Controv.* Tom. 2. pag. 299. & 294. ubi haec verba: *Alcoranus docet,* cap. 2. *omnes ſalvari in ſuis legibus, ſi eas ſervent, Judaeos, Chriſtianos, Turcas.* Gualtherus in *Chronolog.* pag. 547. *Ultimum Mohammedis delirium eſt, religionum indifferentia, modo vita ſit proba.* Thomas a Jeſu *de Converſ. Gent. pag.* 677. *Mahomet dicit in Cap. Impacara* (legendum eſt *Albacara* البقرة, qui

Suratae secundae titulus est) *quod Judaei & Christiani salvabuntur.* Confer eundem pag. 644. Sic & Auctor orationis secundae in Mahometem, subjunctae Alcorano, quem Bibliander edidit *anno* 1550. *pag.* 321. *In Capite Micapara* (corrige ut modo *Albacara*) *quod juvencam interpretantur, Judaeos & Christianos salvandos esse dicit.* Quibus omnibus, ut videtur, ignaris Linguae Arabicae hic error aliquo modo condonari posset; quod dubito an fieri queat Reverendo Angelo a S. Joseph, sive, de la Brosse, qui spatio quindecim annorum in Asia haesit & linguarum Arabicae Persicaeque peritus, in Lexico tamen seu Gazophylacio Persico, pag. 365. haec scribit. *Quemlibet in sua lege salvari innuit Alcoranus Surata de Vacca, his verbis. Qui crediderint & recte egerint, sive Christiani, sive Sabaïtae; qui in Deum crediderint & in diem judicii, & bona opera fecerint, mercedem a Domino suo consequentur & in die resurrectionis nullus erit ipsis timoris aut afflictionis locus.* Latet origo

go erroris, ut unusquisque facile videt, in textu illo Alcorani, quem hic oculis Lectorum ſubjicere operae pretium eſt, ut judicent, num in illo praeſidium aliquod ſententiae nobis adverſae ſit collocatum. En verba *Suratae* 2. *verſ.* 59. أن الذين امنوا والذين هادوا والنصاري والصابيين من امن بالله واليوم الاخر وعمل صالحا فلهم اجرهم عند ربهم ولا خوف عليهم ولا هم يحزنون Quae verbo tenus expreſſa ita ſonant. *Utique illi qui credunt, & Judaei, & Nazareni* (i. e. Chriſtiani) *& Zabii* (i. e. Gentiles in Arabia ſive Iſmaëlitae) *quicunque* (ex iis) *credit in Deum & diem ultimum, & facit bona opera, iis eſt merces apud Dominum ſuum, & nullus timor ſuper illos* (veniet) *nec moerore afficientur.* Hoc vult Mohammed; nemini praecluſam eſſe ſalutis viam & ſpem veniae eſſe omnibus modo ſe

convertant ad religionem ſuam, & ſive quis Judaeus ſive Chriſtianus, ſive Gentilis ſit, modo credat in Deum & in diem noviſſimum, (id eſt, modo nomen det religioni Mohammedicae, quae ſola eſt fides in *Deum*, quum & Judaei & Chriſtiani & Zabii, ut ille opinatur, colant plures *Deos*) poſſe ſervari. Verba haec, من امن, *qui credit*, denotare illum *qui amplectitur religionem Mohammedicam* patet ex pluri-mis Alcorani locis. Audi etiam Auctorem ἀνέκδοτον de 6 fundamentis relig. Mohammed. Lib. 2. والايمان والاسلام واحد لان من امن فقد اسلم ومن اسلم فقد امن ولا فرق بينهما الا في معني اللغة *Fides & Iſlamiſmus* (id eſt, religio Mohammedica) *unum & idem ſunt ita ut ille qui credat* (eadem ſunt verba quae in Corano leguntur loco citato) *ſit ille qui Iſlamiſmo addictus eſt, & qui Iſlamiſmo addictus eſt ſit idem, qui cre-*

credat. Nulla eſt inter haec duo differentia, niſi ſolius pronunciationis. Quid clarius? Credere in Deum, non eſt, credere tantummodo Deum eſſe, ſed aſſenſum dare omnibus placitis religionis Mohammedicae. Deinde quid eſt *bona opera facere*, ex ſententia Mohammedis, niſi Luſtrationibus, Precibus, Eleemoſynis & Jejunio attendere? Illa autem num praeſtare poteſt Chriſtianus in ſua religione, num Judaeus? Addamus & hoc ex Quaeſitis & reſponſis Perſicis, quae habeo, فرق نبود ميان ايمان واسلام *diſtinctio non eſt inter Fidem, & Iſlamiſmum.* Sc. idem eſt, qui credit, & qui Iſlamiſmum profitetur. Multo autem magis haec phraſis, *qui credit in Deum & diem noviſſimum,* debet accipi pro eo qui fidem Mohammedicam amplectitur, nam omne quod credendum eſt, ad haec duo capita referri poteſt. Ita enim ipſi articulos fidei ſuae deſcribunt, ut non niſi *de Deo* nempe de eſſentia, attribu-

tis, Angelis, libris, Prophetis Dei, & deinde *die novissimo* agant. Vidisti id Lector, si antecedentia legisti, in Compendio religionis Mohammedicae Arabico, quod dedimus *pag.* 4. Adde & Persicum hoc testimonium ex Quaesitis illis & responsis modo laudatis

اكر ترا پرسند چه ايمان داري
بكو كه پنج چيز اول ايمان دارم
بخداي عز وجل دوم ايمان دارم
بفرشتكاوي سيوم ايمان دارم
بكتابهاوي چهارم ايمان دارم به
پيغمبران ورسولان وامامانوي پنجم
ايمان دارم بروز قيامت *Quando Te rogant, in quid credis, dices, in quinque res credo. Primo in Deum O. M. deinde Angelos ejus, tum libros ejus, porro Prophetas & Legatos, & Antistites, (Imames) ejus, denique diem novissimum.* Porro, qui diris devovet ubique Judaeos & Christianos, qui illos

los ait in ſua religione ſervari non poſſe, qui aeternis poenis inferni illos adjudicat, eodem Capite *verſ.* 15. (ubi haec legimus الذين اتيناهم الكتاب يتلونه حق تلاوته اولئك يؤمنون به ومن يكفر به فاولئك هم الخسرون *Illi quibus Librum dedimus ut vera lectione in eo legant, credent in illum, & qui non credet in illum, peribit*) & *Surat.* 4. *verſ.* 51. & 18. *verſ.* 3. & 98. *verſ.* 5. &c. quomodo illos ſervari poſſe hoc loco affirmabit? Dicent nonnulli, ſibi contradixiſſe Mohammedem, uti *Cl. Hinkelmannus* in *Praefat. ad Alcoranum, fol. E. col.* 2. Verum niſi quis peponem pro corde fuiſſe Mohammedi exiſtimet, debuerat ipſe animadvertiſſe pugnam dictorum ſibi mutuo tam aperte adverſantium. Adde quod deridendum ſe propinaſſet omnibus Mohammed, qui hominibus ſuam religionem inſtillare & commendare ſuſtinuit, quum unumquemque in ſua reli-

religione ſervari poſſe affirmaret. Quam ob rem enim doctrinam Mohammedicam amplecterentur Judaei & Chriſtiani, ſi ſervari nihilominus potuiſſent? Sed abunde jam patere arbitror hanc ſententiam injuria Mohammedanis affricari, quum illa in Confeſſionibus aut Syſtematibus Theologiae Mohammedicae, vel editis vel MSS. quae vidi, nuſpiam inveniatur; & qui eam finxerunt, ſolo hoc textu Alcorani, (qui in verſione Antiqua translatus ſenſum dubium reddit) decepti ſint. Alcoranus enim loco citato, nil aliud dicere videtur, quam quod in *Actis Sanctiſſ. Apoſtolorum* legimus, *Cap.* 10. 35. *Ex omni gente illum, qui Deum colit & juſta operatur, Deo eſſe acceptum.* Abſit tamen ut inde colligamus nos Chriſtiani, quemlibet in ſua religione coeli fore participem; quem errorem toto animo execramur. Si quis ipſum illum textum Corani, uti translatus eſt per *Robertum Retenenſem*, legere avet, hic eſt: *Sciendum autem generaliter, quoniam omnis recte vivens, Judaeus ſeu Chri-*

Christianus, seu lege sua relicta in aliam tendens, omnis scilicet Deum adorans, bonique gestor, indubitanter divinum amorem assequetur. Hanc versionem secuti sunt fere omnes, qui Alcoranum citarunt, non consulto ipso textu Arabico, unde & hic & alii errores nati sunt, uti sequentes paginae docebunt.

§. III. *Num credant Deum esse corporeum.*

III. Non minor est calumnia, Mohammedanos credere Deum esse corporeum. Ita tamen scripsit *Pius II.* Papa Romanus, quantumvis ἀψευδὴς habitus a suis (sed res facti sunt, non juris, & in iis falli *Papam* posse multi inter Pontificios fatentur) in Epistola ad *Morbisanum*, Turcarum Principem (qua auctoritate Exemplaria edita hoc nomen expresserint, ignoro; nam in *Manuscripto* quod contuli, lego: *Illustri Machumeti, Principi Turcarum*) ubi haec verba: *Multa sunt quae de Deo aliter Christiani dicunt, aliter Sarraceni seu Turcae. Vos Deum corporeum dici-*

tis, nos incorporeum. Et paulo post: *Saraceni Deo & corpus & caput & manus & caetera membra concedunt, nos Deum Spiritum esse asserimus incorporeum, immortalem, aeternum & incomprehensibilem.* Habet Papa ὁμοψήφους sibi *Thomam a Jesu de Convers. Gent. lib.* 10. *Gualther. in Chronol.* pag. 539. & *Artum Thomam*, Parisiensem in *Triumpho Crucis*, contra Mahometem, quem Chalchondylae subjunxit, *pag.* 22. Euthymius Zigabenus in Panoplia Dogmatica hunc quoque errorem erravit, scribens de Mohammede: Ὁλόσφυρον λέγει τὸν Θεὸν, ἤτοι σφαιρικόν. τοῦτο δὲ τὸ σχῆμα, σώματός ἐστι, καὶ σῶμα ἐμφαίνει. ὥσπερ δὴ καὶ τὸ πυκνὸν καὶ πεπιλημένον. σφαῖρα δὲ ὑλικὴ κατ᾽ αὐτὸν ὁ Θεὸς ὢν οὔτε ἀκούσεται οὔτε ὄψεται. *Ait Deum*, ὁλόσφυρον, *sive Sphaericum. Illa autem figura corporis est & corpus significat, veluti densum & constipatum. Quum ergo Deus, ex ipsius sententia, sphaera corporea sit, non audiet, nec videbit quicquam.* Paria habet Lipsius in *Monit. & Exempl. Polit. cap.* 3. p. 141. Natus est hic error ex male intellecta

voce

voce الصمد (Surat. cxii.) quae ὁλόσφυρον notat, fateor, ſed etiam ſignificat *aeternum*, quo ſenſu de Deo recte affirmatur. Vide Diſſertationem noſtram de Symbolo Mohammedis, §.36. Non exiſtimo multum mihi laborandum eſſe, ut probem Deum a Mohammedanis Spiritum credi, quod ignorare nullus poteſt, qui genuina Theologorum Arabum volumina inſpexit. Sufficiet hanc ſententiam excerpere ex Syſtemate elegantiſſimo Theologiae Mohammedicae (cui titulus eſt كتاب الاربعين في اصول الدين Cujus libri duo Exemplaria MSS. poſſedi, nunc unum *Cl. Sikio* dedi) *Cap. 2.* انه ليس بجسم مصور ولا جوهر محدود مقدر وانه لا يماثل الاجسام لا في التقدير ولا في قبول الانقسام *Certe Deus non eſt corporeum quid aut figuratum, vel ſubſtantia extenſa*

sa & mensurabilis : nulli etiam corpori potest assimilari aut in partes definitas dividi. Et appellant Mohammedani proprio vocabulo التقديس *sanctificationem* Dei, partem illam suae Theologiae, quae naturam Dei non esse corpoream & affectus ab eo removendos esse demonstrat. Quanto rectius & sincerius sententiam Mohammedanorum circa hoc caput intellexerunt & tradiderunt Judaei ? Hi enim diserte eos omne corporeum a Deo removere testantur, quum in Libro *Cosri*, *pag*. 12. introducunt hominem Mohammedanum, hoc modo praecipua religionis suae capita enarrantem ; quae enarratio quod digna sit, ut non ibi solum legatur, hic integra a nobis exhibetur.

אנחנו מקיימים האחדות והקדמות
לאלקים ית' והחדוש לעולם והיחש אל
אדם ונרחיק הגשמות בכלל ואם
יראה ממנו שום דבר בדברינו נפרשהו
ונאמר כי הוא דרך העברה וקירוב
לשכלינו עם הודאתינו כי ספר תורתינו

בברו

דברי אלקים והוא בעצמו מופת
התחייבנו בקבולו בעבור עצמו מפני שאין
אדם יכול לחבר ספר אחר כמוהו
ולא כפרשה אחת מפרשיותיו ושנביאנו
הוא חותם הנביאים ומבטל כל תורה
הקדומה לו וקורא כל האומות אל
תורת ישמעאל וגמול השומעו השבת
רוחו אל גופו בגן עדן ונעימות לא יחסר
מאכל ומשתה ומשגל וכל אשר תאוה
נפשו ועונש הממרה הליכתו אל אש
לא תכבה ולא יתמו יסוריו לעולם:

Nos (Mohammedani) firmiter credimus unitatem Dei & aeternitatem ; & mundum initium habuisse & omnes homines genus suum deducere ad Adamum. Et removemus omni modo corpus ; & modos corporeos a Deo ; quod si tale quid in verbis nostris reperiatur, explicamus id, & dicimus esse metaphoricum, atque ita dici, ut facilius ab intellectu nostro concipi queat. Dein fatemur Librum Legis nostrae (Alcoranum) esse verba Dei, & ipsum in se esse miraculum, quem propter se recipere pro Divino debemus, quia nul-

lus homo eſt qui librum ei ſimilem componere poſſit, aut ullum caput ex eo: dein Prophetam noſtrum (Mohammedem) eſſe ſigillum (i e. ultimum) Prophetarum, & abrogaſſe omnem Legem quae ante ipſum erat data, atque vocaſſe omnes gentes ad religionem Iſmaëliticam: & animam ejus qui obediens eſt, conjungendam iterum eſſe corpori in Paradiſo coeleſti, eumque fruiturum infinita voluptate, & cibo & potu & concubitu, omnique re, quam deſiderat anima ejus: contumacem vero & infidelem detrudendum eſſe in ignem inexſtinctum, ubi ſine fine durabunt ejus tormenta. Nonne miraris Lector tam candide Judaeum exhibere ſummam religionis Mohammedicae, quum tot Chriſtiani operam dederint, ut cerebri ſui figmenta vel teſtimonia ignorantiae ſuae pro veris dogmatibus Mohammedanorum orbi obtruderent. Quam diverſa facies eſt illius religionis, uti ab hoc homine Judaeo proditur, ab illa quae hactenus orbi Chriſtiano pro vera fuit ſuppoſita?

§. IV.

§. IV. *De Deo, mali Auctore.*

IV. Deum esse auctorem mali credunt Mohammedani, si fidem habeamus *Cedreno*, qui *in Histor. Compend. pag.* 348. haec scribit, οὗτος οὖν ὁ θεοστυγὴς καὶ παμμίαρος παντὸς ἀγαθοῦ καὶ κακοῦ τὸν θεὸν αἴτιον ὑπάρχειν ἐτερατολόγησε, *Hic (Mohammed) Dei inimicus, & scelestissimus homo, omnis boni & mali auctorem Deum esse dixit.* Eadem habent *Damascenus in Lib. de haeres.* Anonymus scriptor, agens de Mahomete, in *Saracenicis Sylburgii, pag.* 67. qui omnia fere ex Cedreno desumsit, *Artus Thomas in Triumpho Crucis contra Mahometem*, Gallice conscripto, *p.* 11. & 22. & *Gualtherus in Chronol. p.* 539. *Euthymius* vero *Zigabenus* in *Panopl. dogmat.* eadem ratione calumniatus demonstrare etiam sententiam suam conatur ex Corano. Sic ille: Δογματίζων αἴτιον εἶναι παντὸς κακοῦ τὸν θεὸν ὥσπερ δὴ καὶ παντὸς ἀγαθοῦ, φησίν. ὃν ὁδηγεῖ ὁ θεὸς, ἐκεῖνος ἐστὶν ὁδηγημένος, καὶ οὓς πλανᾷ, ἐκεῖνοι εἰσιν οἱ λειπόμενοι. *Docens auctorem omnis mali esse*

esse Deum, uti & omnis boni, dicit: Quem Deus dirigit, ille ducitur in viam rectam; quem inducit in errorem, ille deseritur. Fateor haec in Corano legi, sed an inde justa sequela colligitur Deum esse mali auctorem? Me judice, neutiquam. Hic loquendi modus notat providentiam Dei versari circa mala & bona; & ab simili phrasi ipsae non abhorrent Sacrae Literae, quum Deus dicitur בורא רע *creans malum*, *Jes.* 45.7. *Amos.* 3.6. & efficere ut homines aberrent a recta via salutis, & eos indurare *Exod.* 10. 1. *Deut.* 2. 30. *Rom.* 9. 18. adde *Ps.* 81. 13. & *Jerem.* 4. 10. aliaque loca, quae Theologi nostri citare solent, ut probent non malum poenae tantum, sed & culpae subjici Providentiae Divinae, quicquid calumnientur adversarii; qui praeterea nostram sententiam odioso nomine Mohammedicam appellant, quasi etiam unitas & aeternitas Dei negari a nobis deberent, quia eam agnoscunt Mohammedani. Egregiam profecto sequelam! &c. Has autem phrases sensu

ſenſu conveniente Divinae Majeſtati & ſanctitati interpretandas eſſe & Ratio & Scriptura ſuadent. In libro MS. cui titulus تعليم متعلم Deus dicitur خالق الخير والشر *creator boni & mali.* At quis ibi malum culpae & non poenae intelligendum contendat ? & cum mox ſequatur خالق الجنة والنار *Creator Paradiſi & inferni*, quis non videt malum per infernum & bonum per Paradiſum poſſe explicari Mohammedani ſemper extollunt ſanctitatem Dei, omnem defectum ab eo removent, ajunt Deum ſua providentia malum dirigere, ſed ſibi in eo non placere; nunquam illum auctorem mali pronunciant. Adeoque immerito hac calumnia premuntur, qua premi omnes ſolent qui abſolutam Dei providentiam & jus independens in omnia tuentur.

§. V. *Num Venerem colant.*

V. Falſum eſt, Venerem adorari a

 Mo-

Mohammedanis in lapide بركتن hoc tamen dicitur in Anathematibus quibus Mohammedanus ad fidem Christianam conversus maledicere solebat fidei Mohammedicae. Ἀναθεματίζω τοὺς τῷ πρωϊνῷ προσκυνοῦντας ἄστρῳ, ἤγουν τῷ ἑωσφόρῳ καὶ τῇ Ἀφροδίτῃ. ἣν κατὰ τὴν Ἀῤῥάβων γλῶσσαν χαβὰρ ὀνομάζουσι, τουτέστι μεγάλην. *Anathema dico illis qui adorant stellam matutinam sive Hesperum vel Venerem, quam lingua Arabica* Chabar *appellant, id est*, magnam. Ita & auctor scripti contra Mohammedem, editi a *Cl. le Moyne* in *Variis Sacris*, *pag.* 444. Venerem sive Phosphorum ab iis coli tradit & appellari οὐὰ (οὐὰ videtur esse هو הוא nomen veri Dei, male a Graeculis intellectum) uti etiam Auctores *Centuriar. Magdeburgens.* qui *Centur.* VIII. *pag.* 511. praeter illam meminerunt cujusdam idoli Gadibus fabricati ab ipso Mohammede, cujus descriptionem accuratam, qui nugas amat, inde hauriat. Veneris cultui deditos esse Arabes scripsit quoque *Euthym.*

thym. Zigaben. in *Panopl.* quem citat *Seldenus* in *Syntagm. de Dîs Syris, pag.* 216. Voluissem verba Euthymii, utpote manifestae veritati contraria, censoria virgula viri magni fuisse notata; sed transit ea Seldenus sine ἐπικρίσει, & videtur ejusdem sententiae fuisse cum Euthymio; nam & in Lemmate Capitis IV. expresse legimus: *Veneris caput adorant Mohammedani.* Adde quod eodem Capite, ut probet Uranien a Mohammedanis coli, haec scribat, pag. 212. *Alla oua Cubar seu Cabar alla in hoc ritu est Deus, seu Dea & magna Dea seu Dea potens.* Male. Nullam Deam agnoscunt Mohammedani. Voces *Alla* & *Cubar*, الله & كبار, masculinae sunt. Si de Deabus loqui voluissent, debuissent الاهة & كبيرة dixisse. Hausit hanc explicationem Seldenus a Cedreno, qui, postquam affirmavit Venerem coli a Saracenis, haec addit, ἵνα μὴ δόξωμεν τισὶ ψευδολογεῖν σαφηνίσωμεν αὐτῶν τὸ μέγα μυστή-

ριον. Ἔχει δὲ ἡ λέξις τῆς μυσαρᾶς αὐτῶν καὶ παμβεβήλου προσευχῆς οὕτως. Ἀλλὰ οὐὰ κουβὰρ ἀλλά. καὶ τὸ μὲν Ἀλλὰ, Ἀλλὰ ἑρμηνεύεται ὁ Θεὸς, ὁ Θεός. τὸ δὲ οὐὰ, μείζων. τὸ δὲ κουβὰρ μεγάλη, ἤτοι σελήνη καὶ ἀφροδίτη. Ὁπέρ ἐστιν οὕτως, ὁ Θεὸς, ὁ Θεὸς μείζων καὶ ἡ μεγάλη εἴτουν ἡ σελήνη καὶ Ἀφροδίτη Θεός. *Ne mendacium quibusdam dicere videamur, declaremus magnum illud eorum myſterium. Sceleſtae nempe & impiae orationis illorum formula haec eſt*, Alla, Alla oua Cubar alla. Alla, Alla *ſignificat* Deus, Deus. Oua *ſignificat*, major. Cubar *vero notat* Magnam *ſive* Lunam, *ſive* Venerem. *Quae omnia hunc ſenſum habent*, Deus, Deus major. O inſipidum interpretem & inficetum! Rectius *Damaſcenus* de Arabibus ait; *Hi quidem Luciferi aſtri atque Veneris, quam Chabar ſua lingua appellant, ſimulacra palam coluerunt uſque ad Heraclii tempora.* Surgens enim Mohammed omnem idolorum cultum abolevit: quod vere notatur in ſcripto illo, miſſo ad *Gregor. IX.* Papam Romanum, de quo *Matthaeus Paris* in *Hiſtor. Angl. Henrici*

rici III. pag. 411. *Idola ex documento Machumeti deteſtantur Mahometani.* Plura quae ad illuſtrationem hujus rei faciunt, invenies in *Diſſert. noſtra de Symbolo Mohamm.* §. 36.

§. VI. *Num omnia creata adorent.*

VI. Non defuerunt qui omnia creata a Mohammedanis adorari dixerunt, quae calumnia impudentiſſima eſt. *Thomas a Jeſu de Converſ. Gent. Lib.* 10, *Trigeſimus quartus ſectae Mahometicae error eſt, quod omnia creata invocent.* Affirmat idem & demonſtrare conatur *Euthymius Zigabenus* in *Panopl.* his verbis. Ἐξόμνυται Μωαμὲθ κατά τε ἡλίȣ καὶ σελήνης καὶ τῶν ἄςρων καὶ λαμπυρίδων ζώων καὶ κυνῶν δρομικῶν καὶ φυτῶν καὶ ἑτέρων ἀγνώςων καὶ βαρβαρικῶν ὀνομάτων. ταῦτα δὲ ποιȣ́μενος ὅρκον, δῆλος ἐςὶ θεȣ̀ς αὐτὰ νομίζων. ὁ γὰρ ὀμνύων κατὰ τȣ̃ μείζονος ἔιωθεν ὀμνύειν. *Jurat Mohammed per Solem, Lunam, aſtra, igneum ſplendorem, animalia, canes curſores plantas aliaque incognita & barbara nomina. Quod cum faciat, demonſtrat ſe*

illa pro Diis habere : nam qui jurat, per illud quod se majus est, jurare consuevit. Quasi vero Judaei qui בהיכל בירושלים בראשי, per Templum, per Hierosolymas, per caput suum, jurant, eam ob rem dici debeant Caput suum vel Urbem Sanctam pro Diis colere. Nemo non videt Graeculum ineptire. Idem, quum non intelligeret *versum* 153. *Suratae* 11. in *Corano* (ubi haec verba, ان الصفا والمروة من شعاير الله فمن حج البيت او اعتمر فلا جناح ان يطوف بهما *Utique Safa & Merva loca sunt; quibus obedientiam vestram Deo ostendere potestis : quicunque enim Templum Meccanum adit, aut ibi commoratur, male non facit si illa circumeat*) ita scribit *pag.* 14. de Mohammede. Δύο ὀνόματα βάρβαρα τὸ τζιτζαφὰ καὶ μαρυὰ ἐκ τῶν σεβασμάτων εἶναι λέγει τοῦ θεοῦ. *Duo vocabula barbara nempe Tzitsapha* (lege Sapha) *& Merva ex singulari Dei colendi religione esse docet.* Ita transtulit ea Sylburgius, quae profecto a mente Mo-

Mohammedis longiſſime abeunt. Alius auctor, quem Sylburgius in Saracenicis edidit, videtur credidiſſe τζαφα (ita ibi recte legitur) καὶ Μαρυά Angelorum nomina eſſe; anathema enim pronuntiat in *eos qui a Mohammede nominantur Angeli Aroth & Maroth, Tzapha & Merva: quos in venerabilibus Deo eſſe prodigioſe fabulatur Mohammed, p.* 78. Ita & *Nicetas lib.* xx. *Theſaur. Orthod. Anathematizo Angelos, qui propriis a Mohammede nominibus exprimuntur Aroth, Maroth, Tzapha & Merva, quos piis accenſet prodigioſo in Deum mendacio.* Arot & Maroth, nomina Angelorum ſunt apud Mohammedanos, de quibus idem fere narrant, quod Judaei de *Schamchazai* & *Azael.* At *Zafa* & *Merva* nomina locorum ſunt prope Meccam. Nihil eſt certius. Vide ſupra *pag.* 90.

§. VII. *Num Dei providentiam negent.*

VII. Docent Mohammedani nullam eſſe Dei providentiam, ſi credimus *Pio II.* Pontifici in Epiſt. ad Principem Turcarum. *Vos*, inquit, *fortui-*

ta

ta quae hic in terra geruntur esse arbitramini, nec curare de his Deum. Nos gubernare eum qui creavit omnia non dubitamus. Idem narrat *Thomas a Jesu de Convers. Gent. Lib.* 10. *Quartus decimus doctrinae Mahometicae error est, quod omnia ista mundana fortuita sint.* Hanc sententiam falso Mohammedanis adscribi non est quod demonstrem pluribus, quum notissimum sit hodie, nuspiam ita credi & defendi Providentiam quam in religione Mohammedica, quae in hoc argumento veritati propior est, quam Pontificia. Vide supra *pag.* 48.

§. VIII. *Num credant Deum orare pro Mohammede.*

VIII. Exprobrant etiam plurimi Mohammedanis opinionem satis insulsam, scilicet, quod existiment Deum orare pro Mohammede. Ita *Nicolaus de Cusa*, Cardinalis, in *Cribratione Alcorani, lib.* 3. *c.* 5 *pag.* 97. *Si advertitur ad Cap.* 42. *Deus Alcorani servus est Machumet: Ipse enim & Angeli pro Machumet orant.* Ita & auctor orationis

nis

nis ſecundae in Mahometem a. 1550. cum Alcorano editae *pag.* 327. *Quid dicis, o homo? num Deus pro aliorum ſalute orat, aut ſe ipſum aut alium, &c.* *Bellarminus Tom.* 2. *Controv. pag.* 294. *Alcoranus Cap.* 43. *dicit Deum & Angelos orare pro Mahometo.* Adde *Martinum Martinii* in Lexico Etymolog. ad vocem *Mahometh. Abrahamus* autem *Echellenſis*, Maronita e Libano, in praefatione, quam praefixit *Placitis Philoſophorum Arabum*, vertit phraſin hanc ſolennem Mohammedanis, poſt injectam Prophetae aut Viri Sancti mentionem,

صلوات الله عليهم, *Orationes Dei ſint*

ſuper illos! Quos ſecuti ſunt alii. Fons erroris hujus, ut multorum aliorum latet in peſſima Alcorani Verſione Latina quam dedere *Robertus Retenenſis* & *Hermannus Dalmata*, quamque anno 1550. *Bibliander* edidit. Ibi, capite, quod Cuſanus & Bellarminus citant, ille quidem 42, hic 43, in Corano autem Arabico *Surata* XXXIII. (adeo enim diſtinctiones variant) *v.* 56. haec legun-

tur, *Deus & Angeli propter Prophetam exorant.* At quem Deus oraret? Arabica ita habent : ان الله وملايكته يصلون على النبي *Utique Deus & Angeli favent Mohammedi; ille benevolus erga eum est, hi pro eo Deum orant.* Quare *du Ryer* in vers. Gallica ad marginem, *benissent le Prophete.* Scilicet non intellexerunt vel non satis clare explicuerunt suetam illam formulam, qua utuntur Mohammedani, quum de Mohammede vel aliis viris sanctis loquuntur يصلي الله عليه *Deus benedicat illi*, sive, *propitius sit illi.* Quum enim verbum صلا in Conjugatione secunda non solum significet *benedicere alicui*, verum etiam *orare pro aliquo*, inde natus est error. Quod يصلي in hac formula non significet, *orare* pro aliquo, sed alicui *propitium* esse, clarissimo testimonio demonstratur, quod est in Commentario MS. Arabico in Librum *de Institutione Discipuli in artibus*

bus & scientiis. صلوة ، وهي من الله
الرحمة والمغفرة ومن عباده دعا
ومن ملايكته استغفار فاذا قيل
ان الله تعالى يصلي على فلان
فالمراد منه انه تع يرحمه ويغفر
له واذا قيل ان فلان يصلي على
فلان فالمراد منه دعا له واذا قيل
ان الملايكة يصلون على فلان فالمراد
منه انهم يستغفرون له *Vox* صلوه
quum de Deo usurpatur significat, quod Deus misericordiam & remissionem praestet; quum de hominibus usurpatur, notat illos precari; quum de Angelis, significat, illos orare pro hominibus. Exempli gratia, quando dicitur, Deus excelsus يصلي, *sive benedicat alicui (hoc illud verbum est, quod alii interpretantur,* oret *pro aliquo) tantundem est, ac si dicatur, Deus excelsus* misereatur *illius homi-*

hominis vel remittat ei omnia peccata. Et quando dicitur, unus homo يصلي *pro altero, idem sonat, ac* oret *sive* precetur *pro illo*, & quando dicitur, يصلون Angeli pro hoc vel illo, idem est ac, Intercedant *pro illo Angeli apud Deum & remissionem peccatorum petant.* Sic etiam transferri hanc vocem video Malaïce in initio Carminis Arabici, quod cum Versione Malaïca possideo, ubi Arabica haec sunt

ثم الصلاة والسلام النامي

Malaïce reddita

مك رحمت الله دان سلامت تمبه

تمبه *Et gratiam Dei, & pacem magis magisque crescentem.* Ita & in Lexico *Zjeuhari* رحمة ، صلاة. Adde quod Mohammedani, quum illa formula utuntur, ut testentur se bene velle

velle Mohammedi, non raro adjiciant verbum بارك *Benedicere* (convenit cum Hebraeo ברך) quasi synonymum verbi صلا, ut inde pateat, cognatam esse utriusque vocis significationem, nec صلا per *orare pro aliquo* debere transferri. Ita in MSS. *Eulogiis* ad Mohammedem instituendis, quas singulari libro complexus est *Abdalla Mohammed, Ibn Sokeiker, Anhasvaliensis,* Doctor & Antistes non incelebris, legimus اللهم صلى على محمد وازواجه واله كما صليت على ابراهيم وبارك على محمد وازواجه واله كما باركت علي ابراهيم انك حميد مجيد *O Deus noster, propitius sis Mohammedi, & uxoribus ejus & familiae ejus quemadmodum propitius fuisti Abrahamo: & benedic Mohammedi & uxoribus ejus, & familiae*

ejus, quemadmodum benedixisti Abrahamo: Utique Tu es laudatus & gloria conspicuus. Alibi صلواة conjunguntur cum سلام *pace.* En veram significationem verbi صلى, ipsis Arabibus docentibus; ex quibus manifestum esse puto, frustra Mohammedanos accusari, quod credant Deum pro Mohammede precari. سبحانه الله!

§. IX. *Num infernum negent.*

IX. Mohammedem docuisse nullum esse infernum asserit *Maccovius* in *Theol. Polem. pag.* 119. & alii, quos refutare vix operae pretium existimo. Poenas enim inferni, quas infidelibus minatur Mohammed in Corano, nisi quis in eo plane hospes sit, utramque paginam facere apertum est. Hinc في الاخرة عذاب عظيم *in futura vita poenam magnam*, alibi عذاب النار *poenam ignis*, alibi جهنم *Gehennam* impiis

impiis esse destinatam docet Alcoranus.

§. X. *Quo faciem vertant inter precandum.*

X. Mohammedanos, quum preces suas fundunt, Australem coeli plagam respicere juxta legem a Mohammede latam, merum est commentum. Legitur id apud *Euthymium Zigabenum*, his verbis expressum. Ἐνομοθέτησεν εὔχεσθαι πρὸς νότον ἀπεστραμμένους. *Jussit* (Mohammed) *ut sui ad Austrum conversi orarent.* Idem tradunt *Gualtherus* in *Chronol. p.* 539. & *Artus Thomas* in *Triumpho Crucis*, *pag.* 23. Verum toto coelo aberrant. Docuit enim suos Mohammed, dum preces peragunt, Templum Meccanum respicere, quod ideo القبلة *Kibla* vocatur. Vide Suratam Alcorani secundam, *vers.* 136. 144. Quam errat itaque *Bradvardinus*, cujus eruditioni in rebus Theologicis nil detractum volumus, in opere de Causa Dei, *pag.* 58. sic scribens: *Nonne & in Scriptura vestra* (contra Mohammeda-

medanos disputat) *habetur ; quod Sol oritur inter duo cornua Diaboli ; quare & quod illi qui adorant ad Orientem adorant Diabolum.* Ipsi enim Mohammedani in precibus suis Orientem respiciunt, quum ad Occidentalem plagam, ratione Templi Meccani ; sunt constituti.

§. XII. *Num putent frequenti corporis Lotione peccata tolli.*

XII. Scribunt nonnulli Mohammedanos existimare, animae sordes & peccata frequenti Lotione ablui, & corporis purificationem magni ab iis fieri, sed animae munditiem & sanctitatem negligi. Ita *Bartholomaeus Edessenus* in *Confut. Hagaren. p.* 360. Προφήτης σȣ ȣ́̕τως ἐδίδαξεν ὅτι ὑπὸ ὕδατός καθαρίζεταί καὶ ἀπολȣ́εται πᾶσα νόσος ψυχῆς καὶ σώματος. *Docuit Propheta Tuus, aqua mundari & ablui omnes morbos animae & corporis.* A quo non multum recedit *R. David Kimchi* in *Comment. ad Jes.* 66. 17. ubi per vocem המטהרים intelligit

פרסיים

פרסיים שהם מטהרים גופותם ורוחצים עצמם תמיד והם מבאים במעשיהם הרעים ומטונפים והנה כראים עצמם טהורים ואינם *Perſas* (aliud Exemplar habet *Iſmaëlitas*) *qui corpora ſua purificant & ſe continuo lavant, dum operibus ſuis malis polluti ſunt, & ecce videri volunt puri, cum non ſint.* Falſum eſt Iſmaëlitas aut Perſas (id eſt, Mohammedanos) exiſtimare ſe mundos & puros ab operibus malis per frequentes corporis Lotiones. Rectius Aben Ezra, (licet a Kimchio reprehendendus) verſum hunc generatim de moribus idololatrarum, miſſa ſpeciali Mohammedanorum conſideratione, explicuit. Eundem errorem errarunt *Johannes d'Eſpagne* in *Concion.* & *Polydorus Vergilius* de inventione rerum, *Lib.* VII. *p.* 475. *Aqua purgati arbitrantur ſe cuncta peccata abſterſiſſe;* ita & *D. du Ryer* in Compend. relig. Turcicae praemiſſo Gallicae Alcorani verſioni. *Ils croient qu'après s'être bien lavez le corps, diſant quelque oraiſon,. appropriée à cette*

R *cere-*

ceremonie, ils ont auſſi l'ame nette de toute ſorte d'ordure & de pêché. Et noviſſime Dominus de *St. Olon*, Legatus Regis Galliarum ad Imperatorem Maroccanum, in deſcriptione illius Regni, Gallice primum, dein Belgice anno 1698. edita, Cap. 2. haec ſcribit de Mohammedanis: *Caput, pedes, manusque ſaepius abluunt, & contendunt ſe hoc modo ab omnibus peccatis mundari.* Quibus adde *Cl. Hyde* in Not. ad Bobovii Liturgiam Turcarum, pag. 1. *Lotio fit ex Luſtratorio Vaſe, quod eſt gutturnium Luſtrale ſeu Aqualis roſtratus ex quo membris affunditur Luſtralis aqua. Hoc creditur conferre ad animae purificationem ab omni immunditia ſpirituali, uti olim apud Judaeos.* Non eo uſque inſaniunt Mohammedani, ſed a Deo ſolo ejusque gratia animae ſuae purificationem & deletionem peccatorum petunt. Hinc illae preces اللهم طهرني وطهر قلبي *O Deus munda me & munda animam meam*, & quae plures paſſim in ſcriptis eorum obviae.
En

En elegantem ſententiam ex *Lib.* II. *c.* I. MS. mei كتاب اصول دين ut ipſe videas, Lector, an animae mundationem putent peragi Lotione corporis, & qua ratione has diſtinguant.

طهارة الثوب هو القسر الخارج طهارة
البدن هو القسر القريب طهارة
القلب هو اللب الباطن وطهارة
القلب عن نجاسات الاخلاق
اهم الطهارة *Purificatio veſtium eſt quaſi purificatio corticis externi, purificatio corporis eſt quaſi corticis interioris, at purificatio cordis, ſive animae, eſt quaſi intimi nuclei. Et haec quidem animi purificatio a ſordibus morum pravorum eſt omnium praecipua.*

§. XIII. *Num Diabolos credant Dei & Mohammedis amicos.*

XIII. *Johannes Andreas* (qui ipſe Mohammedanus fuerat, quo minus ei

condonari ignorantia poteſt) in *Con-fuſ. Sect. Mohamm.* ſcribit in Alcorano haberi , *Diabolos eſſe factos amicos hominum, Dei & Mohammedis* , addens , *Non ſentis haec repugnare praeceptis Dei , qui Diabolum rejecit & gratia ſua in aeternum ſpoliavit?* Textus,quem citat , invenitur *Surat.* LXXII. quae سورة الجن *Caput Geniorum* ab argumento appellatur. Narratur ibi Genios quoſdam audiviſſe Coranum legi, & probaſſe doctrinam eo contentam, & dixiſſe ; nos quoque unum Deum credimus. Sed , o bone , haec de *Geniis* narrantur , non de *Diabolis.* Ita hos diſtinguunt Mohammedani. ملك notat *Angelum bonum* , شيطان *Angelum malum* , ſive Diabolum (qui plures ſunt ; vide *Surat.* XXI. *v.* 82.) جن *Genium* (unde ipſa vox *Genii* petita videtur) qui medii ſtatus eſt inter bonos & malos Angelos. De his *Geniis* , quorum alii fideles, alii infideles ſunt, loquitur Auctor Alcorani , non de Diabolis.

bolis. Hi Genii, ſi fideles fuerint, quales illi, loco Corani citato memorati, poſt diem noviſſimum in ſeparato loco voluptatis degent, ſi infideles, cum impiis ex humano genere in inferno verſabuntur. Quae porro verba e Corano adducit Andreas, eum jugulant, *Dic Maure*, inquit, *quotidie legens Alcoranum, cum haec verba recitas, Cuſtodiat me Deus a Diabolo, &c. inimico humani generis, nunc audis eſſe eos factos amicos hominum, &c.* Nam in Corano (vide *Surat.* XVI. 100.) Dei auxilium implorandum docetur non contra جن *Genios*, ſed شيطان *Diabolum.* Et de his nuſpiam legitur quod fuerint amici hominum, ſed de illis. Subjungemus, quae *Zjeuharis* in MSto Lexico ſuo de diſtinctione inter *Genios, Diabolos*, & *Angelos bonos* habet. Ita ſcribit in voce جن *Genius* الجن خلوف الانس والواحد منهم جني ويقال سميت بذلك لانها تتقي ولا

ولا تَرَى. *Vox* جن *notat aliquid oppositum hominibus. Unus* (Genius) *appellatur* جِنّي. *Dicuntur ita, quia timentur* (forte leg. تتّقى) *& non videntur.* Clarius idem in voce شيطان Σατανᾶς. الشيطان معروف وكل عات متمرد والانس والدواب شيطان *Quid sit Alscheitan, notum est. Omnis rebellis & immorigerus ex* الجن *Geniis* (ergo non omnes جن *Genii* mali sunt) *hominibus & brutis appellatur Scheitan.* Mox addit والعرب تسمي الحية شيطان *Arabes appellant serpentem Satanam.* Quod ideo adscribo, ut vestigium deceptionis primorum parentum per Satanam, forma serpentis indutum, in Theologia Mohammedica ostendam; nec in Mohammedica tantum, sed & ante Mohammedem. Tunc enim Diabolum nomine serpentis appellarunt, & crediderunt Zabii Daemonas

nas in Serpentes transformatos, uti in lib. ἀνεκδότῳ *de moribus Arabum ante Mohammedem Cl. Warnerus* obſervavit, ex quo *Cl. Spanhemius*, Praeceptor quondam meus venerandus, quaedam excerpſit & inſeruit Chronologiae ſuae Eccleſiaſticae ad ſaeculum VII. ubi agit de Mohammede. Sed revertamur ad noſtrum Lexicographum ملاى ſcribit, *Angelum notat, qui mittitur, & derivatur ab* الكى *quod eſt* رسل miſit, *Eliph tranſpoſito.*

§. XIV. *Angeli num faeminae.*

XIV. Angelos faeminas exiſtere nunquam affirmarunt Mohammedani: e contrario hanc haereſin, quae vigebat apud antiquos Arabas (de quorum moribus Vir harum literarum peritiſſimus, *Levinus Warnerus*, Commentarium ſcripſit, qui in vicinae Academiae Lugduno-Batavae Bibliotheca ſervatur) impugnarunt. Vide ſupra *pag.* 15. & *Cl. Pocockii Specimen Hiſtor.*

ſtor. Arab. pag. 89. tamen *Euthymius Zigabenus* auſus eſt hanc ſententiam Mohammedi affricare , his verbis : Ὅτι μὲν αἱ θηλεῖαι ἄγγελοι εἰσὶν ἐνίϛαται καὶ διισχυρίζεται. *Quod Angeli faeminae ſint iterum iterumque affirmat & pertendit.* Demonſtrat hoc ex loco Alcorani in quo legatur, juxta illius verſionem ſcilicet, *Elegit Deus liberos & accepit ex Angelis faeminas.* At vero, qui Arabica conſulit , hanc ipſam opinionem refutatam eo loco inveniet, ubi ſcriptor Alcorani diſputat contra Zabios , *Surat.* XXXVII. *verſ.* 150. ام خلقنا الملايكة اناثا وهم شاهدون الا انهم من افكهم ليقولون ولد الله وانهم لكاذبون اصطفي البنات على البنين ما لكم كيف تحكمون *Num creavimus* (inquit Deus) *Angelos faemellas , & ipſi praeſentes adfuere ? Utique illi ex mendacio dicunt : Genuit Deus prolem , & mentiuntur. An filias elegiſſet*

giſſet prae filiis? Quid vobis eſt quod ita judicatis? Adeoque inanem conſumſit operam *Euthymius*, qua demonſtrare conatus eſt Angelum non poſſe generari & nutriri, quum hoc rebus corporeis ſit proprium.

§. XV. *De ſtatu Angelorum beatorum quid credant Mohammedani.*

XV. Docent Mohammedani Angelos beatos peccare, ſi credimus *Thomae a Jeſu* in lib. *de Contraverſ. Gent. pag.* 644. Id quam falſum ſit, vide Lector in *Compendio Theologiae Mohammedicae*, quod praemiſimus, *pag.* 15. ubi expreſſe Angeli *puri a peccatis*, *nec unquam Deo immorigeri* appellantur. Verum quidem eſt Angelum bonum, *Ibliſum*, cui antea nomen erat ازازيل *Azaziel*, (uti *Abulkaſim*, *Keſſaeus*, *Zjeuhari* & alii ſcribunt, quod confer cum hirco Aſaſel עזאזל *Levit.* 16. 8.) poſtquam 80000 annos Deo ſerviiſſet (uti *Abulabas Ahmed* tradit) infidelem factum eſſe, cum adorare Adamum

S nollet,

nollet, licet a Deo jussus, quemadmodum & *Harot* & *Marot* peccarunt; sed praeter haec exempla, quae in ipso mundi exordio contigerunt, non memini aliud legisse: quare qui nunc sunt Angeli boni in eo statu confirmati sunt, juxta sententiam Mohammedicam. Ita & nos, liceat fateamur lapsum Diaboli, qui antea Angelus bonus fuerat, scribimus tamen Angelos bonos non peccare, quandoquidem nunc in eo statu firmati sunt. Non magis itaque Mohammedanis, quam nobis, haec opinio videtur attribuenda, quantum ego quidem assequor. Si porro legere quaedam vacat, Lector, de primo Diaboli peccato, en Tibi nonnulla ex MSto *Schahaboddini Abulabas Achmedis*, اول معصية عصي الله تعالى بها من هذه الامر الحسد قال الكرابيسي صاحب الشافعي الحسد اول معصية عصي

عصي الله تع بها في السما وهو
سابق على الكفر وذلك ان
ابليس جسد ادم عليه السلام فلم
يسجد له فكفر قال العلما وكفر
ابليس من ثلاثة اوجه الاول انه
استنقص نبيا ومن استنقص نبيا
كفر قال صاحب كتاب اللمع
عبد ابليس ربه ثمانين الف سنة
ثم كفر الثاني انه نسب الباري
تع الى التجوير وعدم الحكمة في
امره له بالسجود لادم وهو خير
منه بدعواه لان الاشراف لا يسجد
للادني قالوا واخطا ابليس لعنه
الله في دعواه الخيرية بقوله انه
خلق

خلق من نار وادم من طين
والنار تاكل الطين الثالث انه
خالف اجماع الملايكه في السجود
ومن خالف الاجماع كفر قال
الكرابيسي وهو اول معصيه عصي
الله تع بها في الارض وذلك ان
قابيل حسد هابيل اخاه حين قربا
القربان فتقبل من هابيل ولم
يتقبل من قابيل فقتله فكان
الحسد حاملا لابليس علي الكفر
وحاملا لقابيل على القتل *Primum peccatum vel rebellio quae commissa est contra Deum O. M. inter omnes animi morbos sive vitia, est Invidia. Dixit in hanc rem Kerabisensis, scriptor e secta Schafaeorum, Primum peccatum, quod contra Deum commissum fuit in coelis, Invi-*

Invidia erat, & praecessit illa infidelitatem. Contigit autem illud, quum Iblis (ita Diabolus dicitur ab الإبلاس desperatione, quod de gratia Dei desperet) *invidit Adamo, s. q. sit pax, & illum adorare noluit* (Nota est haec fabella Mohammedica ex Alcorani Surata 11.) *evasitque infidelis. Dixerunt Sapientes: Trino respectu Iblis evasit infidelis, primo, quia deprimere voluit Prophetam (Adamum) & qui imminuere studet eo modo gloriam Prophetae, infidelis est. Auctor libri* الفتح *observat Iblisum coluisse Deum per spatium octoginta mille annorum & deinde factum infidelem. Secundo, Quod Deum Creatorem tacite tyrannidis accusaverit, & defectus sapientiae, quippe qui jusserit Adamum adorari, quum ipse se Adamo praestantiorem ratione originis existimaret. At major non aequum est ut colat minorem. Dicunt peccasse Iblisum, s. q. Dei maledictio sit, quod putaret se meliori origine ortum ducere quam Adamum, dicens se creatum ex igne, Adamum au-*

 tem

tem ex luto, lutum vero ab igne consumi. Tertio (infidelis fuit Iblis) *quod adversaretur consensui Angelorum qui eum adorabant*, (Primum Angelorum, qui Adamum adorabant, fuisse اسرافيل *Seraphielem*, cui propterea cura Tabulae custoditae commissa sit, tradit *Abulkasimus* in Observ. MStis ad Alcoran.) *qui vero consensui se opponit, infideles est. Porro inquit Kerabisensis: Invidia etiam primum peccatum est, quod in terris contra Deum fuit commissum, quum scilicet Kabel* (is Cain est) *invidit Habeli fratri suo, & uterque munera sua offerret, de hoc acceptum esset illud ab illo non, hic vero ab illo interficeretur. Hac ratione Invidia deduxit Diabolum ad infidelitatem & Kabelum ad homicidium.* Aliquid veri, sed commentis incrustatum, scriptor Arabs hic tradit, divina revelatione destitutus,

ὀυκ ἴδεν, ἀλλ᾽ ἐδόκησεν ἰδεῖν διὰ νύκτα σελήνην.

§. XVI. *An Diaboli audiant.*

XVI. Scriptum est *Azoara* 36 Alcora-

corani (id eſt in textu Arabico, *Surat*. XXVI. *v*. 212. variant enim ſectiones in Latina illa verſione & Codice Arabico) *Diabolos non audire*, & hinc argumentatur Mohammed Diabolos non compoſuiſſe Alcoranum, ſi fidem habeamus illi qui Lemmata marginalia Latinae verſioni Roberti Retenenſis adjecit : ubi in ipſo textu legitur : *ipſi procul ab audientia ſemoti ſunt* : & exclamat Annotator, *Diabolos non compoſuiſſe Alcoran, quia non audiunt. O Chryſippeum acumen!* Atqui in textu Arabico legitur eos *remotos ob obedientia*, & Dei dicto audientes non eſſe. Id docere poterat verſus praecedens, ubi dicuntur morem Deo non gerere. Nihil ibi de ſtricte dicto *auditu*, uti nec de *compoſitione* Alcorani per Diabolos. Sed adeo ſcatet ea verſio mendis, ut qui tollere omnes vellet, aliud ei par volumen conſcribere cogeretur. Et tamen inde edoctus fuit potiſſimum orbis Chriſtianus, quae fuerit religio Mohammedica.

§. XVII. *Num*

§. XVII. *Num cum Origene omnes Daemonas servandos credant Mohammedani.*

XVII. Diabolos esse servandos videntur multi collegisse ex eo ipso Corani loco, quem dedimus *pag.*132. ita enim Auctor orationis secundae in Mohammedem, *p.* 337. *Summa dicendi libertate contendit, etiam Daemones salvandos fore, Origenem nimirum secutus. Quin etiam in lege a se lata, Alcorano nimirum, sic inquit :* Magna Daemonum multitudo cum haec legi audivisset admirata est, & propter hoc gavisa est qui etiam illis credentes salutem consecuti sunt. *Quomodo autem aliquis salvari poterit, nisi prius resipiscens opera fecerit quae illum rite cum Deo uniant? Tunc enim in Dei amicitiam recipitur, cum illi unitus fuerit, Deo autem unitus haeres salutis est, regni coelorum vitaeque aeternae. Hujusmodi inquam de Diabolo opiniones concepit filius illius Mahomet, ut quamvis aperte dicere vereatur Diabolum Dei amicum esse, reipsa tamen illud affirmat.* Sed jam diximus in eo loco

Corani

Corani non agi de *Diabolo*, ſed *Geniis*, qui partim fideles, partim infideles ſunt. At Angeli mali, Satanae dicti, in inferno hominum damnatorum comites erunt, & dux eorum *Iblis* inde dictus eſt, quod de gratia Dei deſperet. Certe *Genii* infideles aeque in aeternum in inferno torquebuntur, ac homines infideles: & Angeli quidam aderunt qui tortorum vice fungentur. Nec unquam ex inferno liberabuntur, quia aeterna poena futura eſt illorum infidelium qui Mohammedani non fuerunt. Vide *Surat.* LXXIV. 30. *& ſeqq.* XLIII. 77. XL. 52. Male itaque Mohammedem cum *Origene* ſentire ſcribunt, & *Thomas a Jeſu*, & alii. Nam *Origenes* omnes Daemonas omnesque homines poſt datam ad tempus poenam eſſe ſervandos ſtatuit, Mohammed neutrum: nec ego hactenus me in ſcriptore Mohammedano legiſſe memini Daemonas omnes eſſe ſervandos: quare & hanc opinionem falſo Mohammedanis attribui exiſtimo.

§. XVIII. *De Paradiso Mohammedico, & summa beatitudine post hanc vitam.*

XVIII. Sententia Mohammedanorum de Paradiso *coelesti* nec ipsa rectius vulgo solet intelligi. Fingunt enim nostri, Mohammedanos nil nisi corporeas voluptates & libidines Venereas in eo exercendas exspectare, & omnem suam futuram beatitudinem in consortio puellarum formosissimarum & aspectu jucundissimorum hortorum & fluviorum collocare. Ita *Thomas a Jesu* de *Convers. Gent. lib.* x. *pag.* 644. *Mohammed cum Cerintho extremam felicitatem vel summum bonum statuit in corporeis voluptatibus. Richardus Monachus* in *Confut. Leg. Mahum. pag.* 147. *In hoc est omnis Alcorani intentio & totius Saracenorum sectae, beatitudinem maxime in luxuria & ventre collocare. Petrus, Abbas Cluniacensis*, Auctor *Summulae brevis* Alcorano, Latine a. 1550. edito, praefixae pag. 4. *Paradisum non societatis Angelicae, nec visionis divinae nec summi illius boni, quod nec oculus vi-*

dit

dit, nec auris audivit, nec in cor hominis adſcendit, ſed vere talem, qualem caro & ſanguis, imo, faex carnis & ſanguinis concupiſcebat, depinxit. Sic & *Hieronymus Savonarola* in *Comment. de ſecta Mahometica. Terrena tantum capiens, nulla verae beatitudinis mentione habita, beſtialem quandam voluptatem ventri conſentaneam poſt praeſentem vitam pollicetur.* Et cui non dictus Hylas? Quis non in ſcriptis, concionibus, colloquiis, & alias Paradiſum Mohammedicum ridet? Fateor jure merito, ob eam rationem quod Mohammed in Alcorano promiſerit fidelibus uſum puellarum in Paradiſo, & hortorum lectorum aliarumque rerum ſenſibilium meminerit: ſed falſum eſt eum ſummam beatitudinem in eo collocaſſe. Uti enim dignitas eſt animae prae corpore, ita corpori quidem voluptatem ſuam permittere voluit, ut rudes ſuos & nil niſi terrena cogitantes Arabes hoc praemio propoſito ad cultum Unius Dei & ſcita ſua amplectenda alliceret, (confer quae Cardinalis *de Cuſa* in *Cribra-*

 tione

tione Alcorani habet *pag.* 87.) ſed & animae ſuum gaudium adſignavit, زيادة ſc. *auctarium* النظر الى وجه الله *intuitum faciei Dei : quae voluptas omnium erit maxima, & oblivisci faciet reliquas Paradiſi voluptates, quae pecori libere in paſcua dimiſſo communes ſunt.* Arabica verba, qui vult, legat in *Notis Miſcell. Cl. Pocockii ad Portam Moſis*; qui ipſum hoc Mohammedis dictum profert Arabice, quod Latine tantum dabo: *Infimo inter Paradiſi incolas gradu eſt, qui hortos ſuos, uxores, bona, ſervos, lecticas ſpatio itineris mille annorum proſpiciet, at maximo inter ipſos in honore eſt apud Deum, qui faciem ejus mane & veſperi contemplabitur.* Falſum itaque eſt Paradiſi Mohammedici voluptatem in ſolis rebus corporeis & earum uſu conſiſtere. Falſum & hoc, omnes Mohammedanos credere illas voluptates corporeas fore: multi enim haec parabolice dicta & de voluptatibus ſpiritualibus intelligenda eſſe

eſſe contendunt, eodem modo quo & nos gaudium coeleſte nominibus horti, civitatis, cujus fundamenta ſint ex lapidibus pretioſis, portae ex margaritis ubi & arbor vitae & fluvius puriſſimus, & alia erunt, in quo convivium rerum pinguium & vini defaecati, ſolemus deſcribere. *Senſuales iſtae* (ſcribit *Cl. Hyde* in *Notis ad Bobovii Turcarum Liturgiam, pag.* 21.) *Paradiſi voluptates a ſapientioribus Mohammedanis cenſentur allegoricae, ut melius ab intellectu humano concipiantur; eodem modo, quo in Bibliis ſacris multa dicuntur* ἀνθρωποπαθῶς. *Nam cum ad Legatum Maroccanum ſcribens commemorarem Hortum ad inſtar Paradiſi, amoenum, ille me quaſi reprehendens reſcripſit Paradiſum eſſe talem locum cui in hoc mundo nihil aſſimiletur, talem quem nec oculus vidit, nec auris audivit, nec in animum hominis intravit.* Addamus & hoc teſtimonium *Cl. Herbelotii* in *Biblioth. Orientali* ita ſcribentis, poſtquam docuiſſet Mohammedanos ſummum bonum in communione Dei & gaudium coeleſte in fruitione luminis faciei Divi-

nae, quae ubicunque eſt Paradiſum faciat, collocare : *Non igitur verum eſt, quod multi Auctores qui oppugnarunt Mohammedaniſmum ſcripſerunt, Muſlimannos non aliam beatitudinem in coelo agnoſcere, niſi uſum voluptatum quae ſenſus afficiunt.* Confer in hanc rem quae *lib.* modo citato *pag.* 302. habet eximium literarum Arabicarum & Angliae quondam decus *Eduardus Pockius.* Videmus itaque in voluptatibus corporeis ſummam felicitatem poſt hanc vitam a Mohammedanis non collocari, ſi qui voluptates corporeas exſpectent, & multos has ipſas ſpirituali ratione explicare.

§. XIX. *An mulieres intraturae ſint Paradiſum.*

XIX. Dicunt nonnulli Mohammedanos credere, faeminas non intraturas Paradiſum coeleſtem : verum quidem eſſe in coelo puellas fore pulcherrimas, ſed illas diſtinctas fore ab iis, quae in hoc mundo fuerunt. Ita ſcribit *Cl. Hoornbeekius* in *Summa Controv. p.* 16.

Suas

Suas, quas hic habuerunt Mohammedani mulieres ſtatuunt exſortes fore Paradiſi. Ita & *Grelotius* in *Itinerario Conſtantinopolitano* (Libro ſane lectu digniſſimo, & qui vehemens ſaepe in me deſiderium excitavit ipſam Conſtantinopolin adeundi, cui profecto ſatis facerem,

Me ſi fata meis paterentur vivere vitam
Auſpiciis)

pag. 275. *Quemadmodum Mohammedani foeminas non ſinunt intereſſe precibus publicis in Templo peragendis, ita nec in eodem cum iis ſepulcro ſe inhumari volunt. Sine dubio id inde eſt, quod illas non fore ſecum in Paradiſo credant, quia illic & juniores & pulcriores puellas adipiſcentur.* At non tam iniquus fuit erga faeminas Mohammed, qui eas coelo excluderet. Vide Notas *Cl. Hyde* ad *Bobovii Liturg.* Turcicam, ſubjunctam *Itinerario Peritzol. pag.* 2. Quum mihi cum *Sikio* noſtro, qui ſaepe in Italia & alibi de hoc argumento ſe conſultum ajebat, ſuper hac ipſa re ſermo eſſet, miraremurque dogma adeo abſonum, & nulla

la auctoritate fultum passim Mohammedanis tribui, notavi olim, inquit, tria Corani loca, quae rem conficiunt, clareque ostendunt faeminis non minus ac viris patere Paradisum, quae tibi hic, Lector, exhibeo. Quid clarius verbis *Surat.* XL. *v.* 43. من عمل صالحا من ذكر او انثي وهو مومن فاولٰيك يدخلون الجنة *Qui bona opera agit, sive vir sit sive faemina & credit, intrabit Paradisum.* Eadem fere invenies *Surat:* XVI. *v.* 99. & XIII. *v.* 23. dicitur جنات عدن يدخلونها من ابايهم وازواجهم *Hortos voluptatis intrabunt, & quicunque bene egerit ex patribus, & uxoribus eorum.* Postea & hos textus offendi *Surat.* XLVIII. *vers.* 5. ubi dicitur Paradisum coelestem intraturos esse المومنين والمومنات *viros credentes & mulieres credentes. Surat.* LVII. *v.* 12. & LX. *v.* 12. & LXVI. *v.* 11.

§. XX. *Num*

§. XX. *Num Meccam eant, visitatum sepulcrum Mohammedis.*

XX. Meccam peregrinari consuevisse Mohammedanos religionis ergo, res est notissima; sed in illa urbe sepultum esse Mohammedem & eam ob rem peregrinationes eo institui veritati repugnat. Hoc tamen affirmarunt plurimi, & (quod mireris) nuperrime *Grelotus* in *Itin. Constantinop. pag.* 109. Ita & *Leonicus Chalcondylas* Histor. Lib. III. qui multis verborum ambagibus sepulcrum hoc imaginarium, quod Meccae sit exstructum ab Omare, describit: *Polydorus Vergilius de invent. rer.* Lib. VII. qui & male Meccam urbem Perfidis appellat. *Volaterranus* de Mahometo: *Moriens praedixit se iturum in coelum, quod diu exspectantes tandem tetro coacti odore, sepulcro mandarunt apud Meccam civitatem, quae aditur ab eis ut a nostris Hierosolyma. Hieronymus Osorius*, Elegantissimus scriptor *Lib.4.* Historiar. ait Emmanueli Lusitanorum Regi hoc propositum fuisse ut *Mecca*,

Arabiae civitas, in qua Machumetis sepulcrum est, Lusitanorum armis excisa funditus interiret. Certe, qui vel levem habet Theologiae Mohammedicae notitiam, ex genuinis testimoniis haustam, assentiri non potest vulgato huic errori Meccae esse sepultum Pseudoprophetam. Vid. supra *pag.* 86. 87.

§. XXI. *Num in Alcorano Maria ἀειπάρθενος appelletur soror Mosis.*

XXI. Affirmat Mohammed Mariam Christi matrem τὴν Ἀαρὼν καὶ Μωσέως ἀδελφὴν, *Aaronis & Mosis sororem fuisse*, si credimus Auctori vitae Mohammedis, quem *in Saracenicis* edidit *Sylburgius*, *pag.* 61. Confer in eodem Syntagmate quae *pag.* 82. habentur. Ἀναθεματίζω τὴν τῦ Μωαμὲδ φλυαρίαν, τὴν λέγυσαν ὅτι ὁ Κύριος καὶ Θεὸς Ἰησῦς ὁ Χριςὸς ἀπὸ Μαρίας τῆς ἀδελφῆς τῦ Μωσέως καὶ Ἀαρὼν ἐγεννήθη. *Execror futile commentum Mohammedis, quo Dominum & Deum Jesum Christum ex Maria sorore Mosis & Aäronis natum dicit.* Nec aliter *Euthy-*

thymius Zigabenus in *Panopl. Dogmat.* quem vide in laudatis *Saracenicis*, *pag.* 3. & 5. ubi fuſe Mohammedem (ſcilicet) refutat, oſtendens inter Aäronem & Mariam periodum bis mille annorum interceſſiſſe. Quibus adde *Nicolai de Cuſa Cribrationem Alcorani*, *lib.* 1. *cap.* 4. *pag.* 44. *Joh. Andream* in *Confuſione Sectae Mahometanae*, *pag.* 51. (quem librum ex Hiſpanico ſermone in Latinum verſum a *Cl. Golio* MS. poſſideo) *Cl. Hoornbeekium* in *Summa Controverſ. pag.* 128. & multos alios idem affirmantes. Fateor, ſiquidem verum eſſet in Corano Mariam Aäronis & Moſis Prophetae ſororem dici, uno ictu divina auctoritas Alcorani poſſet proſterni. Et plurimi adeo gloriantur tam enormi, ut videtur, errore, ut de reliquis ſecuri, hoc ſolum quaſi Meduſae caput opponi Mohammedanis debere exiſtiment. Verum, ut candide agamus, fatendum eſt non eſſe heic nobis paratum adeo triumphum, & ſi ab ipſa origine rem repetamus, nihil nobis eſſe, aut parum praeſidii in hoc

argumento. Falſum enim eſt Mohammedem in Alcorano Mariam ſororem Moſis appellare. Vocatur illa (qui hujus opinionis fons eſt) *ſoror Aäronis*, ſed in unico tantum quod ſciam Corani loco. *Surat.* XIX. *v.* 29. يا

اخت هرون. *O ſoror Aharonis, &c.*

Ille Aäron, dices, quis eſt, niſi frater Moſis? Itane vero, regerunt Interpretes Corani, quis vobis indicavit Mohammedem, qui ſimpliciter Aäronis meminit, illum Aäronem, qui frater Moſis fuit, innuere voluiſſe? Haec quidem eſt interpretatio Chriſtianorum, non Mohammedis, non noſtra. An non Aäron quidam frater eſſe Mariae potuit, quamvis ejus memoriam Scriptores ſacri aut profani non conſervaverint, & unicus tantum hic Corani locus exſtet, qui mentionem ejus injiciat? Ita illi. Candide, ut ſolet & ingenue de eadem hac re ſcribit in Bibliotheca Orientali *Cl. Herbelotus*, *p.* 583. *Notandum eſt vulgo Mohammedi*

medi & plurimis ejus aſſeclis tribui, eos Mariam ſororem Moſis & Aäronis confudiſſe cum Sancta Virgine, matre Jeſu Chriſti: & ſane admodum probabile eſt Mohammedem ſatis ignarum fuiſſe ut tam craſſe errare potuerit; non enim hic locus unicus eſſet in ejus Alcorano, e quo id doceri poſſet. Veruntamen Optimi Interpretes *Alcorani ſcribunt Sanctam Virginem e ſtirpe Amrani Patris Moſis & Aäronis ortum duxiſſe per genus maternum: qnod convenit cum teſtimonio Euangelii tradentis Sanctam Elizabetham cognatam ejus fuiſſe* ex filiabus Aäron, *Luc.* 1. 5. *i. e. ortam e familia ſacerdotali. Addunt praeterea Amranum, Patrem Mariae, matris Servatoris noſtri, filium fuiſſe Matthaei* (in meo Taarich appellatur ماثان *Mathan) & per conſequens longe alium ab eo Amrano qui pater fuit Moſis & Aäronis: ſic ut juxta* Mohammedanos *hic Amran idem ſit cum eo, quem nos S. Joachimum appellamus, maritum S. Annae, matris Mariae* ἀεὶ παρθένου.

§. XXII. *De Hamane, qui Pharaoni σύγχρονος fuerit.*

XXII. Similis antichronismus imputatur Mohammedi commissus *Cap.* 29. *Alcorani, vers.* 38. ubi *Moses* dicitur *punivisse Carunum* (Coreh quem terra absorpsit) *Firaun* (Pharaonem) & *Haman.* Atqui, dicunt nonnulli, Haman Regi Ahasuero coaevus fuit, non Mosi non Pharaoni. Ita invehitur super hac re in Mohammedem *Petrus de la Cevalleria in Zelo Christi contra Saracenos, p.* 137. *Ponit hic insanus* (nota Lector hoc epitheton pro more *Cevallerii* & *Vivaldi* Glossatoris admodum esse humanum: solent enim eum bestiam, Onagrum, asinum Sylvaticum, filium Diaboli qui patre suo pejor est, &c. appellare) *tempore Pharaonis Haman in Cora.* 39. (in Arab. 29.) *quod quam falsum & ab ignorantia dictum sit, omnes qui norunt sacras Scripturas dicant & ipse & sui tanquam bestiales taceant.* Fateor, possumus credere, si velimus, Mohammedem pu-

rasse

tasse Hamanem (de quo in Libro Estherae legimus) tempore Pharaonis vixisse. Sed nulla necessitas cogit, ut hoc credamus, nisi sola opinio quae nos tenet de summa Mohammedis inscitia. Multo minus demonstrari potest Mohammedem quum Hamanem & Pharaonem coaevos facit, de illo Hamane Biblico loqui voluisse. Quam justa precor haec sequela est, & quam idonea ad refellendos Turcas: si Mohammed loquitur *Cap.* 29. *de Hamane*, ergo de illo cujus Biblia nostra meminerunt. Quis non videt ficulneam esse hanc argumentationem? Certe non numero sed pondere pugnandum est; alias ludibrium debemus adversariis. Quod si vel maxime concedamus Mohammedem hic antichronismum commisisse (quod non nego) non tamen id solide potest demonstrari: quare ab hujusmodi rationibus abstinendum potius censerem. At unde, dicet aliquis, haurire potuit nomen *Haman* nisi ab illo, qui sub imperio Ahasueri vixit? Ex traditione, dicam,

vel

vel ex ſuo ingenio. Unde tot nomina hauſerunt Mohammedani S. Codici incognita? Unde Pharaoni nomen *Walid* fuiſſe hauſerunt, & uxori ejus *Aſia*, & hujus Parenti *Muzahim*? Unde Jobi uxorem dictam *Rahma*, Nebucadnezarem *Gudarz*? Unde ſexcenta ejusmodi? Adde quod talia de Hamane narrent, quae convenire nulla tenus queunt Hamano illi qui ſub Imperio Perſarum vixit. Fuit enim Conſiliarius Pharaonis (qui inter alia conſilium dedit Pharaoni, ut uxorem ſuam quae pia erat, uti liquet ex *Surat.* LXVI. *v.* II. occideret: alii volunt eum ducem praecipuum exercitus Pharaonici fuiſſe) & cum ipſo mare ingreſſus periit. Si luberet, ex *Keſſaeo* meo antiquas de hoc Hamane traditiones darem (& cui legere lubet ea quae in Alcorano de eo traduntur, inſpiciat *Suratam* XL. & XXVIII.) ſed ſcopo meo ſufficit quod dixi, & eo tantum inſervit ut cautiores noſtros homines faciat, & non niſi validis argumentationibus auctoritas Alcorani infrin-

infrangatur, & veritas Christiana triumphet.

§. XXIII. *Num Mohammed negaverit Jesum mortuum.*

XXIII. Mohammed (nota Lector me de Mohammedanis non loqui qui hodie in diversa abeunt, quod ad hoc argumentum attinet, uti docuit *Cl. Pocockius* in *Specimin. Histor. Arabum, pag.* 179.) non negavit Jesum Sospitatorem nostrum esse mortuum. Negat crucifixum esse, aut interfectum a Judaeis: sed mortuum esse in Alcorano satis clare innuit. Introducitur enim *Cap.* III. Jesus dicens سلام على يوم ولدت ويوم اموت *Pax super me eo die, quo natus sum, & die quo moriar.* Et Deus *Surat.* III. *c.* 48. ad Jesum ait: اني متوفيك *Ego Te mori faciam, & ad me attollam.* Unde, qui hodie Mohammedani aliter sentiunt a Mohammede recedunt. *Euthymius* tandem

dem *Zigabenus* (ut alios praeteream) ſcribit Mohammedem docuiſſe, ὅτι ὁ Χριστὸς οὐκ ἐσταυρώθη οὐδὲ ἀπέθανεν, *Chriſtum non eſſe crucifixum* (illud verum eſt, ita ſonant verba Corani, *Surat.* IV. 156.

وقولهم انا قتلنا المسيح عيسي ابن مريم رسول الله وما قتلوه وما صلبوه *Dicunt quidem illi; occidimus Meſſiam filium Mariae, Legatum Dei, at non interfecerunt aut crucifixerunt eum*) *aut mortuum eſſe.* Hujus contrarium patet ex modo laudatis Alcorani teſtimoniis.

§. XXIV. *De Maria, gravida facta ex eſu palmarum.*

XXIV. In Alcorano ſcriptum eſſe Mariam Virginem ex eſu fructuum palmarum gravidam factam eſſe, Mohammedanis exprobrat *Barthol. Edeſſenus, pag.* 442. his verbis: Λέγει τὸ Κουράνιόν σου· ἡ Μαριὰμ ἔφαγε καρπὸν φοινίκων καὶ ἐγκαστρώθη. *Affirmat Coranum tuum, Ma-*

Mariam ediſſe fructum palmarum, & inde uterum geſſiſſe. Hoc commentum eſt. Legitur in Corano, quod coelitus demiſſus fuerit ad eam cibus *Surat.* III. qui ſimpliciter *v.* 32. رزق *cibi*, & نبات حسن *herbarum bonarum* nomine appellatur. Palmae nulla ibi mentio. Multo minus ibi aut uſpiam in Corano illi fructui adſcribitur τὸ ἐν γαστρὶ ἔχειν Mariae. Soli potentiae Dei & inflationi Spiritus ejus id Corani auctor tribuit, eadem Surata. Vide loca citata ab *Cl. Warnero* in *Compend. Mohamm. de Chriſto, &c.* & *Hottingero Hiſtor. Oriental. lib.* I. *c.* 3. §. 6. Legitur autem *Surata* XIX. Mariam ἐν γαστρὶ ἔχουσαν imo quum jam dolores partus urgerent, ad palmam confugiſſe, uti ſolent parturientes obvia quaeque apprehendere doloris levandi cauſa. Vide *Cl. Sikii Not.* ad *Pſeudo-Euangelium Infantiae, p.* 16. Nam forte inde natum eſt *Bartholomaei Edeſſeni* commentum.

§. XXV. *Num canis animal purum ab iis habeatur.*

XXV. Mohammedanos ſolis porcis abſtinere at canes & lupos & quidvis aliud comedere ſcribit, *Euthymius Zigabenus, p.* 33. Ἐκ πάντων τῶν ζώων τῆς βρώσεως ἀποπέμπεται μόνον τὸν χοιρὸν, ȣ̓́τε κύνα, ȣ̓́τε λύκον, ȣ̓́τέ τι ἄλλο. ἀλλὰ πάντων μετέχειν προτέπει τȣ̀ς ὑπ̓ αὐτȣ̃ ἠπατημένȣς. φάγετε γάρ φησιν, ἐκ τῶν ὄντων ἐν τῇ γῇ· καθαρὰ γὰρ καὶ καλά. *Ex eſu animalium ſolum abominatur porcum, non canem, non lupum, aut aliquid aliud. Verum ceteris omnibus veſci jubet diſcipulos ab eo deceptos. Edite inquit ex omnibus, quae in terra inveniuntur. Pura enim ſunt & bona.* Nihil eſt falſius. Canes aeque ac porcos abominantur Mohammedani, & pro impuris habent animalibus, ſic ut ſolo contactu hominem polluant; tantum abeſt quod illos comedere licitum cenſeant. Videamus in hanc rem teſtimonia quaedam ex Theologis Arabum MS. petita. Ita ſcribit *Abu Shosjain*

Shosjain Ahmed Ibn Alhaſen Isfehanenſis, qui in Bibliotheca urbis patriae Amſtelodamenſis aſſervatur, (cui Praefectus Vir eruditionis facundiae & comitatis laude ornatiſſimus, Collega quondam Parentis mei ז'ל conjunctiſſimus *D. Petrus Schaak*, mihi copiam ejus conceſſit, quod gratus agnoſco) الحيوان كله طهر الا الكلب والخنزير وما يولد منهما *Omne vivens purum eſt, excepto cane & porco & eo, quod ab iis provenit.* Idem paulo poſt ويغسل الاناء من ولوغ الكلب والخنزير سبع مرات احديهن بالتراب الطهر ويغسل من سائر النجاسات مرة *Vas autem, ex quo potum ſorbendo hauſerunt canis aut porcus, arena pura ſepties purgabis, & a reliquis ſordibus ſemel id collues.* His adde auctorem Anonymum Codicis MS. itidem ex Bibliotheca Amſtelodamenſi

 mihi

mihi conceſſi, in haec verba ſcribentem·

جلود الميتة تطهر بالدباغ الا جلد

الكلب وجلد الخنزير وما تولد منهما

او من احدهما *Omnes pelles animalium mortuorum mundae fiunt (& legitimi uſus) quando praeparantur in corium, excepta pelle canis & porci & quodcunque inde provenit.* Confirmat idem Vir ampliſſimus G. *Busbequius* in *Epiſt.* III. Legationis Turcicae, teſtis fide digniſſimus, *pag.* 178. *Canis*, inquit, *apud eos obſcoenum & impurum animal habetur, ideoque domo arcent.* Quin & ipſius Mohammedis hoc dictum extat apud *Schahaboddinum Abul Abas Ahmed Ibn Amad Ibn Jouſafa* in libro MS. *de ritibus ſacris* praecipue iis, qui in Templis obſervandi ſunt, *pag.* 31. his verbis: قوله صلعم لا

تدخل الملايكة بيتا فيها كلب

Dixit (Mohammed) ſ. q. pax & benedictio Dei ſit : Angelus non intrat domum

mum in qua canis eſt. Ex quibus ſatis liquere arbitror canem non minus ac ſuem pro impuro animali apud Mohammedanos haberi.

§. XXVI. *Num foedus frangere cum infidelibus licitum habeant.*

XXVI. Mohammedanis licere per doctrinam Alcorani foedera cum infidelibus inita frangere quum lubet, ut incautos opprimant, ſcribit Ricautius in libro Gallico, *l'Etat préſent de l'Empire Ottoman*, *l.* 1. *pag.* 297. Sed Vir Eruditiſſimus, qui Notis ſuis eum illuſtravit, recte obſervat, hujus rei ne volam quidem aut veſtigium in Alcorano extare; ſed contrarium ibi expreſſe juberi, quo Lectorem remittimus.

§. XXVII. *Locus Alcorani male intellectus explicatur.*

XXVII. *Johannes Andreas* in libro, cui titulum dedit, *Confuſio ſectae Mahometanae*, inter alia quae erronea ſunt &

& in Alcorano leguntur, hoc adfert, quod *cap.* 3. *lib.* 3. (i. e. in Arabico textu *Surata* XXI. *verſ.* 49.) extat, *Deum dediſſe Alforcan, id eſt, Alcoranum Moſi & Aäroni*, quod putat contrarium eſſe aliis Corani locis, in quibus dicitur *Torat* (is Pentateuchus eſt) datam Moſi & Aäroni, & *Alfurcan* Mohammedi. Verba haec ſunt اتينا موسى وهرون الفرقان *Dedimus Moſi & Aäroni Alforcanum.* Quid autem eſt *Alforcan?* Ita appellatur omnis *liber, qui diſtinguit inter bonum & malum*, qui docet quid faciendum, quid omittendum ſit. Et hic titulus (uti videre eſt ſupra pag. 19.) aeque convenit *Torat*, ſive libro ad Moſen demiſſo, quam cuivis alii Codici Divino. Sed Alcoran, verum eſt, κατ' ἐξοχὴν dicitur *Alfurcan*: at quod huic libro per excellentiam datur, quidni & de aliis libris Divinis ſenſu tamen minus auguſto dici poteſt? Vel an hinc efficitur, ubique ubi Alfurcan legitur, intelligendum eſſe Alcoranum? Id fal-

ſiſſimum

ſiſſimum eſt. Recte itaque tranſtulit hunc locum, &, qui huic parallelus eſt, *Surat.* 11. *verſ.* 50. *D. du Ryer*, *Nous avons donné à Moiſe & Aäron le livre qui diſtingue le bien d'avec le mal.*

§. XXVIII. *De Moſe a Pharaone nutrito.*

XXVIII. *Nicolaus de Cuſa*, in *Cribratione Alcorani*, *pag.* 43. & *Michael Baudier* in *Hiſtoria Religionis Turcarum* Gallice conſcripta *lib.* IV. *pag.* 499. ubi de erroribus Alcorani agunt, & illum proferunt ex *Capite* XXXV. (in *Arab.* XXVI. *v.* 17.) ubi Pharao dicit *ſe Moſen in ſua domo nutriviſſe*: nam, inquiunt, ille Pharao qui Moſen nutriverat, diu mortuus fuit ante reditum Moſis in AEgyptum. Textus Corani, e quo haec exſculpunt, ita ſonat juxta antiquam verſionem *Roberti Retenenſis*, confectam anno 1143. ſub auſpiciis Abbatis Cluniacenſis, quam omnes fere ſequuntur, *Reſpondit* Pharao Moſi: *Nonne Tu es quem nutrivi puerum?* At

conferamus ipſa Arabica قال الـم نربك فينا وليدا *Dixit, an non vidimus Te apud nos puerum?* Hic nihil de nutritione in domo ejusdem Pharaonis. Nec ipſe ait *ſe vidiſſe* Moſen puerum: ſed generatim, *nonne vidimus?* quod aut de AEgyptiis univerſim aut de Conſiliariis, qui ſenes eſſe ſolent, & adfuiſſe credi poſſunt, intelligendum eſt. An non mihi. E. G. dicere licet: Vidimus potentiſſimos Hiſpaniarum Reges Philippos noſtra virtute devictos: quamvis id ante mea tempora contigerit? Et ſi vel hoc concedere quis nolit, an non ex perſona illorum qui adſunt, quorum conſilia communia ſunt, ſic loqui licet? Ita quidem exiſtimo.

§. XXIX. *Num in Alcorano legatur Meccam in Ammonitide ſitam eſſe.*

XXIX. Mohammed in Alcorani *Cap.* XXIV. ſe uſque adeo Geographiae imperitum oſtendit, ut Meccam, urbem

in

in Amonitide ſitam eſſe putarit. Ita Auctor Lemmatum margini Alcorani Retenenſis additorum ad haec verba, *aedificatum in terra Aman*, notat, *Amonitidi attribuit Mecham geographiae imperitus*. Vel hinc perſpice, Lector, quam demens vulgo habeatur Mohammed, quippe qui ne urbis quidem ſuae natalis & patriae, Meccae ſc. (in qua ipſa hanc Suratam conſcripſit) ſitum noviſſe putetur. Quis hoc credat? Cui perſuaderi tam futile commentum poſſit? Idem hoc eſt, ac ſi nos Trajectum ad Rhenum, ubi haec ſcribimus, in Helvetia ſitam eſſe affirmaſſemus,

Quod ſani eſſe hominis non ſanus juret
Oreſtes.

At, ſi multos audimus, adeo ſtultus fuit Mohammed; Dicamus quod res eſt. Capite illo 24. quod in Arabico textu eſt 14. *v.* 38. Abraham Deum orans inducitur, ut conſtituat هـذا بلد امنا illam regionem *Amin*, i.e.

tutam : ut ſcilicet ibi refugium ſit : non enim licet in territorio Meccae hominem occidere , aut animalia venari. Inde illi cuderunt terram *Aman.* O portentum erroris!

§. XXX. *Num in Alcorano ſcriptum ſit Mohammedem legere potuiſſe.*

XXX. Inter alia , quae aperte ſibi mutuo contraria ſunt, & hoc eſt, ſi nonnullis credimus , quod ſe paſſim Mohammed Prophetam idiotam & lectionis imperitum appellet, & Capite LVII. (in *Arab.* XLVII. *v.* 21.) Deum inducat ei dicentem, *quid agas vel legas.* Ad quae verba , in margine Alcorani Latini a Roberto Retenenſi adornati notatur : *Dicit ſe legere qui negavit ſe literas ſcire.* Quis porro dubitet quin Mohammed , tam clare ſibi contradicens, ſtultiſſimus fuerit mortalium ? At conferamus ipſa verba Arabica. Haec ſunt

والله يعلم متقلبكم ومثواكم

Deus res veſtras novit ſive in negotiis verſemini

mini sive quiescatis. Ne ipsa quidem vox *legendi* hic occurrit. I nunc, & fidem habe versionibus.

§. XXXI. *Alius locus Corani examinatus.*

XXXI. Fassus est Mohammed se ignorare quid sibi agendum esset, & an ipse & qui eum sequuntur essent in via salutis nec ne, si credimus *Savonarolae* in *Comm. de secta Mahomet.* ubi haec verba: *Quam stulte etiam Mahumetes in Alcorano sibimet contradicat, vel ex eo apparet, ubi se nescire fatetur, utrum ipse & sui in via sint salutis nec ne: neminemque inter mortales haberi qui Alcoranum intelligat. Nonne is auctor de sua deque aliorum salute incertus ac mandata perplexa inscrutabiliaque proponens, potius lapidibus obruendus quam imitandus fuit?* Ita & auctor *Orationis quartae in Mohammedem*, subjunctae Alcorano *Retinensis, p.* 356. *Etiam hoc de Alcorano Mahomet dicit, Neminem mortalium nec se ipsum quoque interpretationem & sensum ejus percipere praeter so-*

 lum

lum Deum. Quod si hoc verum est, quaenam est Alcorani utilitas? Fortassis enim sic prodesse poterat, si quae a Deo dicta sunt, intelligerent. Cum vero ipse etiam Mahometh testetur neminem mortalium ea quae Alchorano continentur intelligere, quaenam hujus est utilitas? Nulla prorsus. Et quaenam demonstratio hac evidentior est, quod Lex a Mahomete lata Deum non habeat auctorem? Deus enim leges non frustra sancit. En igitur manifeste constat Alcoranum a Deo non esse, verum figmentum rationis hujus infelicissimum. Adde *Nicolaum de Cusa* in *Cribrat. Alcorani*, lib. III. cap. 2. *Machumet dicit cap.* LV. (lege LVI.) *Ego non sum primus nuncius, nec scio quid mihi seu vobis gerendum sit. Divina tamen mandata explanabo.* Hic textus ita exhibetur in antiqua Latina versione Alcorani, & ad marginem notatur: *Machumet ignarus quid sibi aut aliis faciendum sit. Quae confessio dedecet tantum Prophetam estque contraria magnificis jactationibus ipsius.* Videamus Arabica quae leguntur *Surat.* XLVI. (ita enim variant se-

ctiones

ctiones Latinae & Arabicae) ما ادري ما يفعل بي ولا بكم *Ego nescio quod mihi vel vobis fiet.* Quo solummodo fatetur se non esse omniscium, nec ex se scire, quid aut sibi aut aliis obventurum sit, sed tantum ex revelatione Dei: mox enim addit: *sequor solummodo id quod Deus mihi revelat.* Quod addit *Savonarola*, Alcoranum a nullo mortalium intelligi, juxta confessionem Mohammedis, nititur textu Alcorani, qui legitur *Surat.* III. quem *Richardus* in *Confut. leg. Mahom.* citat c. XIII. p. 167. his verbis: *In Capitulo Elamran de Alchorano dicitur quod nullus praeter Deum cognovit hujus expositionem.* Ita habent Arabica لم يعلم تاويله الا الله والراسخون بالعلم يقولون امنا به *Non novit explicationem ejus nisi Deus; & qui solida sapientia praediti sunt dicunt, credimus in eum.* sc. non vult mysteria in Corano reve-

revelata ſubjici explicationibus humanis. Sufficit illa revelata eſſe, & ideo credi debent. Perfecta eorum & conſummata explicatio ſoli Deo convenit. Ibi enim invehitur in eos qui nimis curioſe in dicta Alcorani inquirebant. Si enim Mohammed dixiſſet, nullum intelligere poſſe Alcoranum, cui bono edidiſſet? & quare illum paſſim كتاب المبين *Librum manifeſtum vel manifeſtantem occulta* appellaſſet? Textum illum male tranſtulit Retenenſis, *Expoſitio ſua ſoli Deo & ſapientiſſimis*, & D. du Ryer, *perſonne ne ſçait ſon explication que Dieu & ceux qui ſont profonds en doctrine.* Haec male conjuncta ſunt, ita divellenda. *Nemo novit ejus explicationem niſi Deus. Et illi qui vere docti ſunt, dicunt, &c.* Nam in Codice meo MS. *Alcorani* ad vocem *Deus* rubra nota diſtinctionis collocata eſt: quae diſtinctiones in multis Codicibus non apparent: at utiliſſimae ſunt ad eruendum ſenſum.

§.XXXII. *Num*

§. XXXII. *Num in Corano nulla fiat Dei Creatoris aut immortalis mentio.*

XXXII. Mera calumnia eſt, quam contra Mohammedanos evomit *Barthol. Edeſſenus*, quem in Variis ſacris edidit *Cl. le Moyne*, ſcribens pag. 324. οὐχ εὗρον ἐν τῷ Κουρανίῳ σου ὄνομα τοῦ δρῶντος καὶ λογικοῦ θεοῦ καὶ ἀθανάτου, ει μὴ ὄνομα θεοῦ ὃν οἱ Ἀῤῥαβὲς πρὸ τοῦ Μουχαμὲτ ἐπίϛευσαν, ὃς ἔϛιν ὁ ἑωσφόρος ἀϛήρ. *Non inveni in Corano tuo nomen Creatoris, rationalis & immortalis Dei, quem Arabes ante Mohammedem colebant, id eſt, Aſtri matutini.* Fateor nomen Aſtri matutini legi in Corano (vide *verſ.* 1. *Surat.* LXXXVI. ubi per illud jurat Mohammed ſatis inepte) ſed quis ſibi perſuadere poſſit Dei creatoris, immortalis & rationalis mentionem ibi fieri ignorare hominem, qui paſſim gloriatur alloquens Mohammedanos πάντα τὰ ὑμέτερα βιβλία ἀνέγνων καὶ ἔγνων, *Omnes libros veſtros legi & novi*, pag. 313. 317. 369. & αὐτὸ τὸ Κουράνιόν σου ἀνέγνων, *Ipſum Coranum tuum perlegi*, p. 315.

§. XXXIII. *Num Auctor Alcorani permiſerit Mohammedanis tot uxores ducere quot alere poſſent.*

XXXIII. Per Alcoranum licere Mohammedanis tot uxores ducere quot nutrire poſſint, ſcribit *Olearius in Itiner.* & alii. At *Septem caſtrenſis*, auctor libelli de moribus Turcarum, pag. 24. *duodecim* tantum *legitimas uxores juxta legem habere poſſe* Mohammedanos narrat. Falſum tamen hoc eſſe docent verba ipſius Corani *Surat.* IV. quae non ultra quatuor admittunt *v.* 3. انكحوا ما طاب لكم من النسا مثني وثلاث ورباع *Matrimonio vobis jungite uxores quae vobis placebunt, ſive duas ſive tres, ſive quatuor.* Mohammed quatuordecim (alii 17 dicunt aut 21) habuit uxores; verum eſt: at non omnes pariter eodem tempore. Quod ſi Mohammed numerum quaternarium in adſciſcendis uxoribus ſupergreſſus ſit, inde ne hilum quidem infertur, quod favere

ſavere poſſit aliis Mohammedanis, qui hoc imitari vellent. Id enim inter multa alia privilegium fuit Mohammedis, uti Arabes teſtantur, cui Deus plures uxores indulgere voluit, non ad ſedandam libidinem, ſed ut religio Mohammedica latius propagaretur. Nulla enim tribus fuit, e qua uxorem duxit, quae non ſtatim Mohammedi nomen dederit. Fuerunt & nonnullae quas intactas dimiſit, inter quas una, quam Pater *nunquam aegrotaſſe* cum diceret, non placuiſſe eam aut placere poſſe Deo Mohammed exiſtimabat; quare Patri reddidit. Sex priores hic recenſere lubet, ut locum in Saracenicis Sylburgii emendem. 1. *Chadizja* خديجه filia *Chowailedi*, filii *Eſedi*, filii *Abdiluzzer*, filii *Kozae*. Haec prima mortalium eo tempore (nam antea Prophetas omnes Mohammedanos fuiſſe pro certo ſtatuit Mohammed) Mohammedicam fidem ſive Iſlamiſmum ſuſcepit. Haec illa eſt, pro qua mercaturae gratia in Syriam profectus eſt

 anno

anno aetatis 24, & quam ex itinere redux, anno aetatis 25, uxorem duxit. Saepius enim ante Mohammed (quicquid de ipſo fabulentur Graeculi aut alii) mercaturae faciendae cauſa in vicinas Arabiae regiones conceſſerat. Ita cum annos natus eſſet duodecim, orbatus Patre, qui ante nativitatem Mohammedis jam obierat diem ſuum, & matre *Emina*, quam amiſit anno aetatis ſexto, cum Patruo ſuo *Abu Talib* in Syriam profectus fuit, & videtur hoc vitae genus continuaſſe, uſque dum Chadizjae opibus ditatus, & tandem horum laborum pertaeſus ſe Prophetam jactaret, quod anno demum quadrageſimo aetatis ſuae contigit. II. *Sawda* سودة filia *Zamae* زمعة, filii *Kais* ex filiis *Amir Ibn Lowa*. III. *Aiſcha* عائشة filia *Abubecri*. IV. *Chaſſa* filia *Omaris*, filii *Chotabi*. V. *Om Selmae*, ام سلمة. VI. *Zaineb*, زينب, filia *Chozaimae*. Ex his ſola *Aiſcha* non ante nupta ad Mohammedem acceſſit,

cessit, quinque reliquae antea fuerant maritatae. Haec ideo longius ex monumentis fide dignis exposui, quod magnam lucem foenerentur verbis, quae in Anathemate religionis Mohammedicae (in Saracenicis a Sylburgio exhibito) corruptissime leguntur hoc modo: Ἀναθεματίζω Ζαδόζε (pro *Chadizja*) καὶ Αἴσε, (Aischa) καὶ Ζεθεΐνεπε (Zaineb) καὶ Ομκελθεΐμ (forte legi debet *Om Selmae*, nam inter uxores Mohammedis nulla comparet nomine Ομκελθεΐμ. Sed ام كلثوم *Om Kelsum* nomen est filiae Mohammedis, quam ipsi Chadizja peperit, quae nupta fuit Othmano. Hanc forte pro uxore Mohammedis habuit) τὰς πρώτας καὶ μιαρωτέρας τῶν γυναικῶν τοῦ Μωάμεδ. *Devoveo Zadosen, Aizen, Zetheineb & Omceltheim, primas & scelestissimas Mohammedis uxores.*

§. XXXIV. *Quid statuant de lotione faciei.*

XXXIV. Scribit *Bartholomaeus Edessenus* Mohammedem jussisse ut quin-

quies de die podex purgaretur, aqua per finiſtram injecta, & eodem ipſo digito, quo purgatus eſt podex, lavaretur os & facies. Vide ejus verba nimis quam foetida in *Variis Sacris Cl. le Moyne*, *pag.* 344. & 350. Verum eſt, Mohammedem juſſiſſe ut unusquisque e latrina excedere parans, aqua partes inquinatas abſtergeret, quod ſine digitorum ope fieri non poteſt: at falſum eſt, id quinquies de die fieri debere ante quotidianas quinque preces, niſi quis quinquies, & eodem quidem tempore, quo preces agendae ſunt, latrinam inviſat. Falſum quoque eſt eodem digito ſtatim os lavari debere. Sit idem digitus, lavari debet, antequam alicui faciem ſuam lavare in luſtratione ante preces liceat: nam expreſſe dicitur (vid. ſupra *pag.* 55.) manus lavari debere antequam hydriae immittantur e qua os lavabitur. At idem eſt digitus, dices. Quid inde? num turpe eſt digitum poſt rei foedae contrectationem bene lotum unquam ori admovere? Quis ergo ſanus id vitio vertat Mohammedi?

§. XXXV. *Quid*

§. XXXV. *Quid de Mose credant.*

XXXV. Mosen a Mohammede inter damnatos censeri narrat *Euthymius*, & Anonym. auctor vitae Mohammedis, quem *Saracenicis* suis inseruit *Sylburgius*, *p.* 60. At quis hoc credat, qui Arabum scripta inspexit? vide supra *pag.* 35.

§. XXXVI. *De Numero Prophetarum juxta Mohammedanorum opinionem.*

XXXVI. *Tres tantum Prophetas admittunt, quos Razales vocant, Mahumetem, Mosen & Christum.* Sunt verba *Volaterrani* quae legere est in Confutat. Leg. Mohamm. quas Latino Alcorano, anno 1550. edito, Bibliander adjecit. Quam hoc falsum sit, Lector, vide supra *pag.* 33. & 35.

§. XXXVII. *De Creatione hominis ex hirudine.*

XXXVII. Ex hirudine sive sanguisuga hominem fieri docent Mohammedani, si credimus Euthymio Zigabeno.

Ἐκ βδέλλης ἄνθρωπον γίνεσθαι λέγει. *Ex hirudine hominem naſci dicit* Mohammed. Error ex eo natus eſt, quod vox علقة occurrens *Surat.* XCVI. *v.*2. in qua homo a Deo creatus dicitur من علق, ſignificet *partem concreti ſanguinis*, & praeterea *hirudinem*, ut & علاقة, vox ſono non multum a priori diſtincta, *ſemen genitale*. Hinc confuderunt haec vocabula Graeculi, in calumnias & vituperia religionis Mohammedicae nimis ingenioſi. *Zjelaloddinus* enim, celebris Alcorani interpres, ita explicat hanc vocem جمع علقة وهي القطعة اليسيرة من الدم الغليظ *Quod plurale ſit vocis* علقة, *quae notat partem exiguam ſanguinis craſſi. Zjeuharis* in *Lexico*, العلق الدم الغليظ والقطعة منه علقة والعلقة دودة العلق في الما تمص الدم *eſt ſanguis craſſus &*

par-

particula ejus عَلَقَة *appellatur.* Et عَلَقَة *est vermis aquaticus qui sanguinem sugit.*

§. XXXVIII. *De immortalitate animae.*

XXXVIII. Mohammed credidit & docuit *animos non manere post corpora.* Ita scribit *Polydor. Vergil. de invent. rer.* L. VII. cap. 8. Contra in Alcorano saepius, quod latere non potest vel leviter in literis Arabicis versatum, dicuntur & pii & impii خالدون *perpetuo futuri*, illi quidem in Paradiso coelesti, hi in Gehenna: dicuntur Deum amaturi, visuri, gaudio maximo afficiendi, quas passiones non nisi animae superstiti posse attribui quivis intelligit. Vid. supra *pag.* 39. *& seqq.*

§. XXXIX. *Num docuerit Mohammed, omnes, qui ab inimico occiderentur vel inimicum occiderent, in coelum transferendos esse.*

XXXIX. Constantinus Imperator,

dictus Porphyrogenitus in lib. de *Administr. Imp.* (quem *Cl. Meursius* primus edidit a. 1611.) *cap.* 14. scribit docuisse Mohammedem ὅτι φονεύων ἐχθρὸν, ἢ ὑπὸ ἐχθρῦ φονευόμενος εἰς τὸν Παράδεισον εἰσέρχεται, *illum qui inimicum occiderat, aut ab eo occideretur, Paradisum esse ingressurum.* Idem narrat Theophanes in *Chronico.* Ego certe non suaderem alicui Mohammedano, ut fidem Constantino habens, inimicum suum occideret in Imperio Turcico: non enim hoc ferret impune. Nec licet magis Mohammedano inimicum occidere quam Christiano; sed quod Constantinum in errorem induxit hoc est, quod Mohammed, quum eum armata manu aggrederentur Meccenses, qui, si eo potiti fuissent, vita eum privassent, socios suos adhortatus ut fortiter resisterent illis idololatris nec se paterentur a cultu Unius Dei seduci, promiserit unicuique, qui in tali praelio (في سبيل الله *in via Dei*, ut Arabes loquuntur, i. e. uti martyr pro fide

fide Unitatis Dei) occumberet, ut & ille qui ſtrenue contra illos rem gereret, Paradiſum ingrederetur. At hoc non debet extendi ad quoſcunque inimicos : & in eo multi falluntur, qui, cum Mohammed, de Meccenſibus illis ſpeciatim agens, ſuos jubet, *interficite illos ubicunque eos inveneritis*, id extendunt ad omnes, ac ſi hodie Turcis liceret clam palamve Chriſtianos & alios inimicos interficere.

§. XL. *Num Mohammed circumciſionis ritum acceperit ab Hebraeis ſua aetate.*

XL. Theophanes in *Chronico* ſcribit Judaeos qui tempore Mohammedis vivebant, putaſſe illum eſſe Meſſiam, & quoſdam e primoribus eorum ejus religionem amplexos eſſe, ſed quum illum partem cameli comedentem vidiſſent, ad Judaiſmum rediiſſe : οὗτοι, ita pergit, ἐισὶν οἱ διδάσκοντες ἀυτὸν παραδέχεσθαι μέρη τινὰ τοῦ νόμου τήν τε περιτομὴν καὶ ἀλλὰ τινὰ, ἅπερ φυλάττονται οἱ Σαρακηνοί. *Illi fuerunt, qui docuerunt eum recipere partes quasdam Legis; ſcilicet circumciſionem*

& alia quaedam quae observant Mohammedani. Sed falsum hoc esse, & circumcisionem jam ante Mohammedem in usu fuisse, docui supra *pag*. 59. in Notis, & rei clarae diutius non immorabor: cumque adhuc multa alia possem adjicere, quae immerito tribuuntur Mohammedanis, hic tamen scribendi finem faciam, Lectores quoscunque obtestatus, ut operam veritatis indagandae studio a me susceptam benigne interpretentur.

F I N I S.

SUM-

SUMMA CAPITUM

Libri Prioris.

Pars Theoretica complectitur haec capita.

Pars Practica continet haec argumenta.

SUMMA CAPITUM.

Libri Posterioris.

XXXVI. *De*

IN-

INDEX
Codicum Orientalium Manuscriptorum,
quos citavimus, & quibus usi sumus.

Ex Bibliotheca mea.

I. كتاب الاربعين في اصول الدين.

Codex τεσσαρακοντάτευχος, (constans *Libris quatuor*) *de Fundamentis Fidei.* Unusquisque *liber* sive قسم dividitur in decem اصول sive *radices.* Primus agit *de Deo ejusque attributis & operibus*; Alter de *ritibus Sacris, Lotionibus, Precibus, Eleemosynis, &c.* Tertius *de Vitiis fugiendis.* Quartus *de Virtutibus.* Duos libros priores laudat in Bibliotheca Orientali *Cl. Hottingerus, pag.* 123. at duos posteriores non vidit. Dubitavi ante, an non Auctor hujus voluminis Celebris Gazalius esset, quia videbam ea quae *Cl. Pocockius* in Specimine Historiae Arabum citat, hic verbo tenus legi, sed postea deprehendi ipsum Gazalium à nostro citari.

II. *Systema Juris Sacri & Civilis Mohammedici*, auctore ابرهيم ابن محمد ابن ابرهيم *Ibrahim Ibn Mohammed, Ibn Ibrahim*, in quo primum *de Lustrationibus, Precibus, Eleemosynis, Jejuniis & Peregrinatione Meccana* agitur, dein de *emptionevenditione, pignoribus, vadimonio, di-*

vortio, criminibus, aliisque rebus civilibus, fere eo ordine quo Auctor ille ἀνώνυμος *Hottingero* in *Bibliotheca Orientali* memoratus *pag.* 180. 181. & *seqq.*

III. جامع اداسي, *Pandectae Abbasicae*, sive Systema Persicum Juris Sacri & Civilis jussu Schach Abas, regis Persarum, confectum.

IV. *Systema Persicum Theologiae Mohammedicae*; auctore شيخ عزالدين الاملى *Antistite Adsaddino Amoliensi*, cui titulus رسالت حسنية.

V. الرسالة sive *Compendium Juris Sacri* & *Civilis Mohammedici*, auctore بو محمد ابو عبد الله ابن ابي زيد *Abu Mohammed Abu Abdalla Ibn Abi Zeid.* Argumenta Capitum hujus libri exhibuit *Cl. Hottingerus* in *Bibliotheca Orientali*, *pag.* 174. Tanta est hujus Libri auctoritas, ut excepto Alcorano nullus Codex plus teratur manibus Mohammedanorum in Africa. *Clenardus*, *pag.* 46. Epistolarum, quum dixisset, *Difficillimum est irreperre mendas in Alcoranum*, sic scribit de eodem hoc libro: *Post hunc ad verbum ediscunt* (*Moham*

hammedani) libellum, qui dicitur رسالة, *in quo praescriptae sunt gentis cerimoniae.* Quod praemittit de integritate Alcorani, satis probatur ex *Masora Alcoranica*, quam confecere Mohammedani, ubi notatum est quoties *Elif*, quoties *Be*, &c. in toto Corano legantur: qualem ego manuscriptam, dono *Cl. Sikii*, possideo. De titulo libri رسالة observandum est, proprie Epistolam ea significari, sed & concedi omnibus exiguis voluminibus.

VI. *Quaesita & responsa Persica de religione*, ad modum Dialogi.

VII. Liber Theologicus, in quo agitur *de Cerimoniis quae in Templo debent observari, de vitiis, aliisque argumentis affinibus*, auctore *Schahaboddino Abul Abas Ahmed Ibn Amad, &c.* cujus titulus plenior, addita patria & secta, hic est

الشيخ العلامة شهاب الدين ابو العباس احمد ابن عماد بن يوسف الاقفهسي الشافعي.

VIII. تعليم المتعلم Methodum studendi continet & *praecepta studiis operam daturo necessaria.* Auctor est *Borhaneddinus Alzerbersji*, qui eam conscripsit anno Hizrae 996, uti in fine notatur

tur, in gratiam Eunuchi cujusdam primarii in Seraglio Conſtantinopolitano. Dein hic liber in ſermonem Turcicum translatus eſt ab *Abdolmasjid*, *Ibn Naſſou*, *Ibn Iſrail.*

IX. *Keſſaei Hiſtoria Sacra*, a mundi creatione uſque ad Mohammedem deducta. Hic liber ſatis innotuit per *Cl. Hottingerum*, qui in Hiſtoria Orientali & Smegmate multa ex ea depromſit & Latine tranſtulit, & ejus argumentum in *Bibliotheca Orientali*, *pag.* 209. exhibuit. Quare plura non addo.

X. *Taarich*, eſt Genealogia Prophetarum & praecipuorum Principum ab Adamo uſque ad Sultanum Morad, ſive Amurathen, filium Selimi, deducta, cui paſſim notae hiſtoricae adſperſae ſunt. Ex hujusmodi Taarich ſucceſſionem Regum Perſiae hauſit *Cl. Schickardus*, & Genealogiam Mohammedis tradidit *Cl. Hottingerus* in *Hiſtor. Orientali.*

XI. حديث المعراج i. e. *Hiſtoria raptus Mohammedici*, qua enarrantur ea quae in coelo vidit Mohammed, quum 27 Rezjeb, quae nox adſcenſionis appellatur, eo adſcenderet.

XII. *Abulkaſim Abdorrachmin Obſervationes ad nomina propria in Alcorano occurrentia.*

XIII. *Diſſertatio Turcica de Idriſo & Georgio Prophetis*,

XIV. *Syl-*

XIV. *Sylloge precum & Eulogiarum auctore Abu Abdalla, Mohammed Ibn Sokeiker*, اذهر ولى.

XV. شرح البديعية, sive *opus de inventione Rhetorica* auctore *Ibn Hozji Alhammovi.* Meum exemplar fuit olim in Bibliotheca Sultani AEgyptii. Ita notavit de eo *Cl. Golius*, e cujus auctione & hoc & multa alia volumina nactus sum.

XVI. Auctor Anonymus *de 6 fundamentis religionis Mohammedicae.* Convenit fere cum MSto Amstelodamensi minore.

XVII. *Carmen Ethicum Arabicum*, cum versione *Malaïca* interlineari.

EX BIBLIOTHECA URBIS AMSTELODAMENSIS.

XVIII. Compendium Juris Sacri & Civilis auctore *Abu Schosjain, &c.* Titulus ejus integer hic est القاضي ابو شجاع احمد ابن الحسن الاصفهاني. Soleo id *Systema Amstelodamense minus* appellare. Hoc in plerisque convenit (quod ad priora capita sive jus sacrum attinet) cum *Compendio nostro Theologiae Mohammedicae*, quod hic Arabice & Latine dedimus.

XIX. Simile *Compendium Juris Sacri & Civilis*, cujus Auctorem ignoro. Hoc *Amſtelodamenſe majus* vocare conſuevi, nec id a Compendio noſtro multum differt.

Ex Bibliotheca

Cl. Henrici Sike,

Linguae Hebraïcae in Academia Cantabrigienſi Profeſſoris Celeberrimi.

XX. *Zjelaloddini Commentarius in Alcoranum*, quem in margine ſuae verſionis Alcorani ſaepe citat *Cl. du Ryer.*

XXI. *Zjeuhari Lexicon Arabicum*, de quo vide *Cl. Golium*, in iis quae Lexico ſuo Arabico praefixit. Et in hoc & multis aliis Lexicis voces non ſunt diſpoſitae juxta ordinem Alphabeti, incipiendo ab Elif, ſed inverſo ordine a ي, quod primo difficultatem parit vocem aliquam quaerenti.

XXII. *Kitab Alkenz.* كتاب الكنز الرقايق cujus Auctor eſt الامام ابو البركاة عبد الله احمد بن محمود النسفي *Cl. Herbelotius* in Bibliotheca Orientali hujus Libri mentionem facit

facit, & Auctorem a patria *Alhasafi* appellat. Puto corrigendum *Alnasafi*. Compendium est Juris Sacri & Civilis juxta doctrinam Abu Hanifae.

XXIII. *Manuscriptum Hispanicum* de religione Mohammedica, sed charactere Arabico consignatum, quod totam religionem Mohammedicam uberrime exponit. Cujus admirandi moris specimen hoc habe ترتد · شـــاغند

دالش ارتكلش كا تد بوان مسلم

اشتا ابلغد اكرار اتنار بر فا

i. e. *Tratado segondo de los articlos, que todo buen Muslim esta obligado à creer y tener por fe.*

XXIV. Denique communicavit mecum Rever. *Texelius*, V. D. M. vigilantissimus *Brilae*, librum Persicum, cui titulus مصابيـــح

القلوب, in quo Miscellanea Sacra tractantur, de historia Prophetarum, ritibus Sacris, &c. Constat 40 capitibus.

INDEX RERUM

IN DUOBUS LIBRIS

de Religione Mohammedica occurrentium.

Signum N. *docet* in Notis *id inveniri. Addenda quaedam aut mutanda suis locis hic inserta sunt, & nonnulla ante memorata hic pluribus illustrantur.*

A.

R.

S.

F I N I S.

ERRA-

ERRATA.

Nescio an in serie Erratorum illud collocari debeat, quod saepissime (ob defectum typorum τῦ ﺫ) ﺩ loco ﺫ fuerit adhibitum: nam in Codicibus manuscriptis nihil est frequentius, quam puncta illa diacritica omitti. Id autem ex Versione satis colligi poterit, quo loco ﺫ esse debeat. Similiter puncta tria literae Persicae ﭖ desunt quod & in MStis saepe contingit. pag. 12. lin. 1. lege ultimam vocem والنرزديق. ibid. lin. ult. lege لله pag. 32. lin. 8. طلحة. pag. 37. lin. 19. *nocte adscensionis.* pag. 38. lin. 13. كالعرش. pag. 50. lin. 2. بتقدير. ibid. lin. 12. بتقدير. pag. 68. lin. 21. lege *horum actuum hoc ordine.* pag. 69. lin. 13. adde *uti & Grelotius in Itinerario Constantinopolitano*, *pag.* 253---264. pag. 100. lin. 8. lege post parenthesin, *& faciat bona opera.* pag. 116. lin. 16. adde post τὸ *major*, *& magna sive Luna & Venus Dea.* pag. 134. lin. 1. lege ذري. & lin. 7. lege متمرد من الجن. pag. 137. lin. 11. *de Convers.* pag. 142. lin. 9. *infidelis.* pag. 144. lin. ult. *affirmet.* pag. 147. lin. 17. *sensibilium, beatissimo illi statui minus convenientium.* pag. 160. lin. 10. *Hamani.* pag. 161. lin. ult. *tamen.* pag. 187. lin. 1. *& illi.* Reliqua, Lector, sortis humanae memor, benigne emenda.

L. S.

Ne pagina hic vacua superſit, en ex Codice MSto Turcico

GENEALOGIAM AHMEDIS III,

hodierni Imperatoris Turcici, ab Adamo deductam.

Adam.
Seth.
Enos.
Cainan.
Mahaleel.
Jared.
Idris.
Methuſalach.
Lamech.
Noach.
Japhet.
Boulzjas.
Matzjin.
Tzjin.
Coui.
Ba Timour.
Courlou.
Carachoua.
Soleiman.
Cara Augelan.
Coumaſch.
Omoudi.
Baltzjik.
Carazjar.
Cour Tolmiſch.
Tzjarbouga.
Sounizj.
Togrol.
Ba Soub.
Chomour Mir.
Souniſch.
Çani.
Bash Bouga.
Jemak.
Kerbouga.
Komri.
Tourozj.
Peketmour.
Comar.
Artouk.
Couzj bek.
Ai Tougmis.
Togrol.
Ba bek.
Jelwazj.
Baſoub.
Cara.
Ogouz.
Kouk Alp.
Baſouk.
Toukotmour.
Sougar.
Baki Aga.
Baiſingir.
Kintzoun.
Tourgar.
Iktelou.
Bajendir.
Cazin Bouga.
Kyalep.
Soleïman.
Ortogrol.
Othman I.
Ourchan.
Morad I.
Bajazeth I.
Mohammed I.
Morad II.
Mohammed II.
Bajazeth II.
Selim I.
Soleiman.
Selim II.
Morad III.
Mohammed III.
Ahmed I.
Ibrahim.
Mohammed IV.
Ahmed III.

FINIS.

DESIDERII PACII
STRICTURÆ BREVES

In Clar.

D. FRIDERICI SPANHEMII FIL.

EPISTOLAM

De

NOVISSIMIS

Circa res Sacras

In

BELGIO DISSIDIIS.



M. DC. LXXVI.



